10 est huiusmodi, ut patet in grossis salibus quae ibi dissolvuntur; ergo
etc.

Item, quod generat in materia sibi simile est qualitas activa;
siccum est huiusmodi, nam exsiccatur; ergo etc.

Item, omnis effectus qui non reducit ad aliud in specie ut ad
15 causam, illud est sibi ipsi causa activa, non in numero sed in specie;
siccum est huiusmodi, ut patet 2° De generatione; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quia siccitas et humiditas sunt qualitates
f83va activae; habent enim virtutes activas || sui non numero sed specie.

Nam calidum non exsiccatur nisi per accidens, sicut patebit. Siccum ex
20 quo ad nullam aliam causam reducit differentem specie, quia
calidum et frigidum per accidens exsiccant, et ad humidum non
reducit quia est suum contrarium, ergo, cum siccum generatum
sit, ergo habet aliquam causam activam non alienam, sed suam in
specie. Dices: quare ergo dicuntur qualitates passivae? Dico quod
25 hoc est non quia non generent sibi simile, sed quia corpora mixta
susceptibilia sunt per eas omnium passionum quas agere possunt in
ea calidum et frigidum; frigidum coagulat, calidum non, laterem; sed
calidum educendo humidum coagulat lutum in laterem. Corpus
tamen simplex non comprimitur indurando.

30 Ad rationes quae probant quod sunt qualitates activae non est
respondendum, sed concedendae.

Argumenta in oppositum, si bene intelligitur quod dictum est,
solvuntur.

Quaestio 4.

Utrum calidum possit exsiccare mixta.

Consequenter quaeritur utrum calidum possit exsiccare mixta. 2°
idem de frigido.

De primo videtur quod non:

22 siccum] humidum R.

16 Arist. De gener. et cor. II (c.2, 330a 24-29).

17-29 Cf. Averroem, In Meteor. IV c.1 (Opera V, f.467 L-M).

1. Si calidum posset exsiccare corpora siccitas reduceretur ad caliditatem ut ad suam causam, et hoc est contra Aristotelem 2° De 5 generatione; ergo etc.

2. Item, calidum humectat solvendo humidum coagulatorum a frigido, ut ceræ, auri etc.; ergo non exsiccatur.

3. Item, hoc non agit unum contrarium quod compatitur secum alterum in eodem subjecto; et calidum compatitur secum humidum 10 in eodem subjecto; ergo non generat siccum.

4. Item, quod habet virtutem exsiccandi approximando corpori exsiccabili de necessitate exsiccatur; calidum approximatum aquæ non exsiccatur, quæ tamen est exsiccabilis; nam unum contrarium convertit aliud in sui naturam, ut videtur cum ipsum jam corrumpit. 15

Contra: quod ex mixtis educit humidum relinquendo siccum, hoc habet virtutem exsiccandi; ignis est huiusmodi ut patet in coctione panis et laterum.

Item, quod reddit corpora dura habet virtutem exsiccandi; nam durum est siccum ut subjecti et molle etiam est humidum ut subjecti, 20 sicut dicitur post.

Ad istud est dicendum quod calidum per se non habet virtutem exsiccandi corpora mixta – non enim essentialiter habet exsiccare calor – sed exsiccatur corpora per accidens. Cum enim calidum complexionale alicujus corporis fuerit in gradu illo quem exigit illud 25 corpus, calor circumstans in continenti intendit calidum illius mixti et fit innaturalis illi mixto et per omnes partes corporis sic intensum humidum subtiliat et educit evaporabiliter; et si perseverat calidum educit humidum etiam continuans, et quia educto humido relinquitur siccum, et hoc accidit calori, scilicet relinquere siccum, ideo per 30 accidens calidum exsiccatur corpora. Humidum autem terminatur siccum, quia continuatur, et est e converso quia humidum non habet figurari nisi per siccum. Alterum enim alterius colla fit, ut dicitur post. Si ergo ad plenum totum humidum educitur necesse est ut sequatur incineratio, ut posset esse in lateribus qui in cineres converterentur. 35

5-6 Arist. De gener. et cor. II (c.2, 330a 24-29).

21 Arist. Meteor. IV (c.4, 381b24-27; 382a 8-11).

33 Arist. Meteor. IV (c.4, 381b 32).

Et ad citam exsiccationem facit humidum subtile et substantia rarae
f83vb complexionis et calor intensus; propter has || tres causas est maior
 deperditio in corpore animalis quam plantae. Ideo plantae sunt lon-
 gioris vitae.

40 Rationes quae sunt pro parte ista concedantur; nam bene probant
 quod calidum exsiccatur per accidens corpora.

Ad rationes in oppositum:

1. Primo ad primam dicendum quod bene arguis: si calidum per se
 exsiccaret tunc siccatio reduceretur ad calidum ut ad causam per se.
 45 Et non est sic, immo reducitur ut ad causam per accidens. Sed tu
 argues: quod non habet movere corpus localiter ejus non est educere
 humidum a mixto; calor non [est] movet localiter, sed grave et leve. Et
 dicendum quod calor per accidens educit humidum de corpore per
 accidens rarefaciendo et generando levitatem. Ideo, si non esset locus
 50 levium in circumferentia, numquam calidum faceret aquam evapo-
 rari.

2. Ad aliud dicendum quod calidum per accidens humectat solven-
 do humidum proprium. Unde calidum in suo liquabili non generat
 humidum, sed dissolvit coagulatum. Ideo per accidens humectat, et
 55 per hoc solvitur argumentum.

3. Ad aliud argumentum dicendum quod teneret ratio si humidum
 per se educeret exsiccando et si per se exsiccaret.

4. Per hoc ad aliud dicendum quod quia in aqua non est siccum
 quod relinquatur post educationem humidi – et per hanc viam cali-
 60 dum exsiccatur – ideo calidum aquam non exsiccatur. Aqua non exsicca-
 tur et ideo phlegma non coagulatur, ut dicit Aristoteles post.

Quaestio 5.

Utrum frigidum habeat virtutem exsiccandi.

Quaeritur utrum frigidum habeat virtutem exsiccandi.

Videtur quod non:

1. Quod convertit aerem in aquam non habet virtutem exsiccandi;

45 reducitur] reduceretur R. 46 habet] haberet R. 60 non] corr. ex et R.
 61 phlegma] fleuma R.

61 Arist. Meteor. IV (c.7, 384a 32-33).

frigidum est hujusmodi, ut patet in aestate in locis frigidis ubi comprimitur aer in guttas; ergo etc. Et per hunc modum lingua 5 cujusdam serpentis convertit aerem in guttas prope se apud adventum veneni; de hoc forte videbitur post.

2. Item, quod debetur uni contrariorum non debetur alteri; calidum exsiccat; ergo etc.

Contrarium est in litera manifeste.

10

Item, omnis coagulatio est quaedam exsiccatio ut patet etiam in glacie; frigidum coagulat corpora; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quod frigidum exsiccat per accidens, scilicet humida coagulando, et illa corpora quae exsiccantur a frigido sunt actualiter sicca et substantialiter humida. Nonne in cera est essentia- 15 liter humor? Immo sic. <Sic> non est in exsiccatis a calore; non enim habent essentialiter humidum, immo actualiter et essentialiter sunt sicca.

1. Ad argumentum primum in oppositum dicendum quod concludit quod ejus quod facit ex aere aquam non est exsiccare omne 20 corpus; hoc tantum sequitur ex argumento.

2. Ad aliud dicendum: quod debetur uni oppositorum per se disconvenit ab alio; tamen, si conveniat aliquid uni oppositorum per accidens, potest esse in alio. Vel dicendum quod aequivoce exsiccat frigidum et calidum et non univoce, ut patet in glacie et latere. Non ergo 25 concludit argumentum unum convenire duobus contrariis, immo diversa, quia aequivoce.

Quaestio 6.

Utrum calidum disgreget.

Consequenter quaeritur utrum calidum disgreget.

Videtur quod non:

10 litera] lingua R. **16** exsiccatis] *corr. ex* humidis R. **19-20** concludit] concedit R. **21** tantum] tamen R. **26** concludit] concedit R.

5-7 Non invenitur in hoc opere.

10 Arist. Meteor. IV (c.1, 378b 14-18).

14-19 Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV,2,5 (Jammy II, 175b).

1. Quod arefacit et indurat congregat; calidum est hujusmodi; ergo etc.

5 2. Item, illud quod humiditatem fluentem in membro congregat convertendo in membrum, illud congregat; calidum est hujusmodi; ergo etc.

In contrarium est litera.

Ad istud dicendum quod calidum, si accipiatur ejus operatio
f84ra immediata, disgregat, subtilia et levia segregando et || grossiora et
 gravia relinquendo; et hoc manifestum est cum agit calidum in
 aquam evaporando. Frigidum vero congregat non solum homogenea,
 sed cum hoc quod comprimit aquam in glaciem aerem etiam tan-
 gentem aggregat et inspissat, qui ingrossatus ad aquam tendit, sicut
 15 e converso tendit ad superius per calidum. Si accipiantur operationes
 istorum mediatae et accidentales, sic congregant et disgregant. Sicut
 enim calidum separat subtile sic congregat grossum quod post sepa-
 rationem relinquit. Et Alexander ponit exemplum de calido quia
 congregat per se in massa ex ferro, plumbo et argento coagulata; si
 20 ponatur in fornacem et liquefiat, quaelibet pars ad totum proprium
 redibit, sicut dicit, quamquam prius esset in ea permixtio.

1. Ad primum dicendum quod non concludit de calido quod per se
 congreget.

2. Ad aliud dicendum quod calidum non congregat humidum
 25 fluens ad convertendum in membrum, immo virtus membri.

14 aggregat] aggreguat R.

8 Arist. Meteor. IV (c.1, 378b 21-23).

18-21 In textu Alexandri hic locus non invenitur vocetenus. Sed cf. Alex. In Meteor. IV 1, ed. Smet p. 283, 46-49. Allegatur tamen in Alberto Magno (Meteor. IV,1,1; Jammy II, 145b) et in Jacobo Duacensi (In IVm Meteorum, cf. A. Dondaine & L. Bataillon, Le commentaire de St. Thomas sur les Météores, Archivum Fratrum Praedicatorum XXXVI, 1966, pp. 81-152, apud p. 130), utrobique ad Alexandrum relatus. Cf. etiam Averroem, In De caelo et mundo III c. 74 (Opera V, 231 L-M).

*Quaestio 7.**Utrum frigidum congreget.*

Tunc quaeritur utrum frigidum congreget.

Videtur quod non:

1. Quod subtiliat et rarefacit non congreget; frigidum est huiusmodi; ergo etc.

2. Item, quod solvit coagulatum a calido non congregat; frigidum est huiusmodi; ergo etc.

In contrarium est litera.

<***>

1. Ad argumentum primum dicendum quod frigidum non rarefacit per se. Sed quaeres: quare aer est purior cum est frigidus? Dicendum quod aer redditur grossus et turbidus propter vaporem aqueum commixtum ei et pro terra pulverisante resoluta commixta aeri redditur aer grossior, et frigidum corrumpit calorem levantem et per consequens ingrossationem aeris. Item, frigus constringit partes superiores terrae, ideo redditur minus separabiles a suo toto. Item facit frigus: si tantus calor potest elevare terram pulverisantem oportet quod dividatur aer, et frigus comprimit aerem et constringit; ideo reddit ipsum minus divisibilem. Ideo aer est purior in hieme quam in aestate per accidens; de sua vero natura est e converso. Dicendum ergo quod frigidum non subtiliat aerem vel purificat nisi per accidens. 20

2. <***>

*Quaestio 8.**Utrum humidum sit male terminabile termino proprio.*

Tunc quaeritur utrum humidum sit male terminabile termino proprio.

Videtur quod non:

1. Quod continuat et terminat siccum ad debitam constantiam terminatum est in se; et humidum est, huiusmodi; ergo etc. 5,

1 congreget] disgreget R. 3 congregat] disgregat R. 5-6 Item – etc] in marg.
R. 11 pulverisante] pulverisate R. 15 terram] terra R. 17 hieme] yeme R.

7 Arist. Meteor. IV (c.1, 378b' 21-23).

Sed videtur quod calidum et frigidum terminant; nam dixit hoc Aristoteles prius.

Dicendum quod quadrupliciter est terminare. Uno modo terminare ad formam et speciem est ducere; hoc modo calidum terminat.
 10. Aliter dicitur terminare facere in partibus aliquibus constantiam; sic frigidum terminat aquam in congelatione. Tertio modo terminare est corpus in sua figura conservare; hoc modo siccum terminat humidum ut patet in cera; nisi enim esset siccum, ejus humidum flueret. Figurationem tamen retinet per humidum; nam ad tactum non figu-
 15 raretur cera nisi propter humidum. Quarto modo est terminare continuare partes alicujus; sic humidum terminat siccum, ut patet in tractivis ut in nervis tractis qui redeunt. Si enim multum exhaletur humidum non sic redibit tractum illud ut manifestum est de se. Uterius notandum est quod est humidum in corpore simplici, ut
 f84rb aere et aqua ||, aut mixto; aut in ejus superficie et sic est irroratum; si in superficie et profundo sic est infusum; et hoc dupliciter: aut infusum humido naturali, et hoc dicitur humidum, aut humefactum per extrinsecum in superficie et profundo, et non habet nomen proprium, sed large dicitur humidum. Siccum etiam dupliciter: aut in simplici,
 25 ut terra et igne, aut in mixto; <et hoc> dupliciter: aut in corpore cujus humidum privatur in superficie, et dicitur coagulatum illud; si in superficie et profundum sic est arefactum.

Quaestio 9.

Utrum Aristoteles hic sufficienter determinet de generatione simplici mixtorum.

Circa partem istam: « determinatis autem hiis etc. » determinat de generatione simplici mixtorum.

Contra, hoc sufficienter, ut videtur, fecerat libro De generatione determinando generationem simplicium; ergo etc.

9 est] et R. 17 exhaletur] exaletur R.

6-7 Arist. Meteor IV (c.1, 378b 15).

19 Cf. Aristotelem, De gener. et cor. II (c.2, 330a 12 sqq) et Averroem, In De gener. et cor. II c.14 (Opera V, f.373 K,M).

1-2 Arist. Meteor. IV (c.1, 378b 26).

3-4 Arist. De gener. et cor. II (c.4, 331a 7-332a 2).

Item, generatio est simplex aut quia est universaliter substantiae⁵ aut quia simplicis substantiae; et generatio mixti neutra est; ergo etc.

Item, transmutatio denominatur a termino ad quem; transmutatio mixtorum non est ad simplex; ergo non est simplex.

Ad hoc est dicendum quod generatio simplex est tripliciter: aut quia sit corporis simplicis, aut generatio substantiae universaliter¹⁰ non contracta. Neutro modo hic dicitur generatio simplex. Tertio modo dicitur generatio simplex generatio mixti non contracta, et hoc modo intenditur hic, non hujus mixti quod est animal vel quod est planta, et sic de aliis. Primo modo docetur 1° De generatione, tertio modo hic, secundo modo 2° De generatione. 15

Et per hoc cessant objecta omnia.

Quaestio 10.

Utrum aliqua generatio mixti possit esse innaturalis.

Consequenter quaeritur utrum aliqua generatio mixti possit esse innaturalis.

Videtur quod sic:

1. Generatio mixti et corruptio ejus opponuntur, et corruptio alicujus mixti potest esse violenta, ut combustio; ergo etc. 5

2. Item, sicut est in aliis motibus, scilicet augmento, ita in generatione; augmentum potest esse violentum in pueris, sicut dicitur 5° Physicorum; ergo etc.

3. Item, 1° De anima dicitur: “quod movetur naturaliter potest moveri violenter”; generatio est motus et mixtum generatur natura-¹⁰ liter; ergo etc.

<Contra>, transmutatio violenta est quae fit sufficienter ab extrinseco agente contra inclinationem mobilis; nulla generatio est hujusmodi de generationibus mixtorum; semina enim producantur ex se generata ex seminibus per virtutes quas deducunt semina¹⁵ generantia, ut dicit Commentator 7° <Metaphysicae>; ergo etc.

14-15 Arist. De gener. et cor. I (c.3, 318a 27 – 320a 7: generatio substantiae simpliciter); II (c.4, 331a 7 – 332a 2: generatio corporum simplicium).

7-8 Arist. Phys. V (c.6, 230b 1-2).

9-10 Arist. De anima I (c.3, 406a 22-23).

14-16 Averroes, In Metaphys. VII c.31 (Opera VIII, f.181 D); cf. ibd. XI (=XII) c.13 (Opera VIII, f.299 H).

Ad hoc dicendum quod innaturale dicitur tripliciter; uno modo effectus monstruosus in natura, ut conjunctio gemellorum et sextus digitus, et praeter intentionem naturae, sicut generatio animalium ex
 20 putrefactione. Alio modo est effectus innaturalis qui non est secundum cursum debitum naturae, sicut augmenta velociora solito ut augmenta triticorum in terra humida nimium, et hoc idem contingit de mulieribus; item si sint augmenta tardiora solito cursu naturae, ut est in vegetatione seminum in locis elevatis multum. Tertio modo
 25 dicitur innaturale quod fit complete ab exteriori causa complete contra inclinationem mobilis. Primis duobus modis potest esse generatio violenta, tertio non. Et advertendum quod violentum augmentum in pueris est tribus causis. Una est cum humidum nutribile multum habet humidum cibale; ideo dicunt medici quod tale nutrimentum
 f84va melius nutrit. Secunda causa est quia calor digerens est || [est] multum fortis et intensus. Tertia causa est quia virtus fortis est convertens alimentum in substantiam membri; ideo festina fiunt augmenta in juvenibus et in triticis seminatis in locis humidis.

1. Ad primum argumentum dicendum quod multis modis contingit destruere quod uno modo contingit construere; ideo non oportet
 35 quod tot sint modi generandi sicut corrumpendi.

2. Ad secundum argumentum dicendum quod bene concludit quod secundo modo potest esse generatio violenta; illud concessum fuit.

40 3. Ad aliud dicendum quod generari non est moveri sicut supponit ratio. Item, aliter dicendum concedendo minorem et majorem, et est fallacia consequentis a superiori ad inferius affirmando. Item, ad majorem potest dici quod Aristoteles loquitur de motu locali ad situm in libro De anima cum dicit illud.

Quaestio 11.

Utrum calidum sit principium agens generationis mixtorum.

Tunc quaeritur utrum calidum sit principium agens generationis mixtorum.

Videtur quod non:

21 solito] cursu naturae ut in vegetatione seminum *add. et per va . . . cat del.* R. (cf. lin. 23-4). **22** triticorum] triticiorum R. **21** nimium] in unum R. **33** in²] se *add.* R. **36** sint] sunt R. **44** situm] sittum R.

1. Accidens non generat substantiam; calor est accidens et mixtum substantia; ergo etc. 5

2. Item, nihil generatur materia et agente quolibet corrupto; sed corruptio mixti est cum calidum vincit humidum terminatum; <ergo> etc.

In contrarium est litera.

Dicendum quod forma mixti est facta ex miscibilibus nec tamen ¹⁰ est elementum nec ex elementis, ita quod non est unum elementum nec plura elementa, id est plures formae elementorum. Non est unum elementum quia, cum esset illud elementum, semper esset mixtum. Nec est plures formae plurium ex elementis, quia mixtum non esset unum; elementa enim in formis manentia non faciunt unum ¹⁵ omnino. Et dabis formam manentem, de qua dicam quod in sua actualitate cum aliis non faciet unum. Ita probatum est 7° Metaphysicae in fine. Immo sciendum quod forma mixti est actus medius generatus ex mutua actione et passione miscibilium, sicut tepidum non est forma calidi nec frigidi, sed est tertius actus factus ex mix- ²⁰ tione ipsorum. De ista forma mixti fuit controversia inter antiquos. Dixit Anaxagoras quod ipsa est in materia ante generationem et educitur per agens, et tunc manifestatur et ducitur ab occulto ad manifestum. Sed hoc est contra Aristotelem, cum hoc sit tantum alteratio, et generatio non est alteratio. Alii dixerunt quod calidum et frigidum ²⁵ transmutaverunt materiam ad aliquam formam convenientem, et intelligentiae influunt animam, sicut dixit Plato, Algazel, auctor Fontis Vitae. Contra arguit Aristoteles 7° <Metaphysicae> dicens quod unum generatum esset ex pluribus generantibus si esset sicut dicunt, scilicet materiali, agente et separato. Aristoteles vero dicit ³⁰ quod calidum et frigidum generant mixtum disponendo materiam ad

6 materia] via R. **14** Nec] nunc R. **16** omnino] omne R. **23** tunc] tamen

9 Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 1).

10-17 Arist. Metaphys. VII (c.17, 1041b 11-33).

18 sq. Cf. Boethium Dacum, Quaest. De gener. et cor. II qu.1 (CPhD V, l p. 108).

21-23 Cf. Arist. Phys. III (c.4, 203a 19-33); De gener. et cor. I (c.1, 314a 13 sqq.). Cf. etiam Averroem, In De gener. et cor. I c.1 (Opera V f.346 C); In Phys. III c.28 (Opera IV, f.97 L-M).

25-28 Avicemrol, Fons vitae III, 54 (ed. Baeumker, p. 199). Algazel, Metaphysica I 5 (ed. Muckle pp. 122-4); cf. I 4 (pp. 90-1).

convenientes dispositiones formae alicujus mixti; materia mixti non potest esse una tantum qualitas, sed est proportio necessaria inter qualitates; sed forma substantialis generantis dat formam substantialem generato, ut sicut os habet virtutem convertendi in se nutrimentum et caro, sic totum animal habet virtutem totum animal generandi, et ista virtus dicitur generativa virtus. Dicendum ergo quod calidum et frigidum generant pro tanto quia disponunt materiam ad aequalitatem et proportionem ad formam mixti. Ducunt enim nutrimentum || vel materiam ad ipsam convenientem generato. f84vb

1. Ad primum argumentum dicendum quod licet accidens non generet substantiam, tamen ad hoc disponit.

2. Ad aliud dicendum quod calidum corrumpens aliud est et alio modo vincit quam generans. Calor talis qualis est complexionabilis olivae generat olivam alterando materiam ad hoc ut sit proportionabilis formae olivae, et talis etiam calor siccus complexionabilis olivae praeparat nutrimentum ad nutriendum olivam. Quando ergo calor vincit humidum proportionaliter, id est ad illum gradum humidum cum sicco quem exigit forma mixti, tunc generatur mixtum. Calor putrefaciens non est talis; nam intensus est ultra complexionem et proportionem ad aequalitatem et convenientiam formae mixti. Ecce quod aliter et aliter vincit iste calor et ille.

Quaestio 12.

Utrum frigidum sit principium generationis mixti.

Quaeritur de frigido utrum sit principium generationis mixti.

Videtur quod non:

1. Illud non est principium generationis mixti ad quod tendit mixtum cum tendat ad suam corruptionem, hoc est ad frigidum. Senecus enim est via in corruptionem et vetustas, ut dixit prius et Libro de morte et vita; senescentem necesse est frigescere; ergo etc.

R. manifestum] materiam R. 33 necessaria] necessario R. 45 olivae] oblivae R et sic per totam questionem.

28-30 Fortasse Arist. Metaph. VII (c.8, 1033b 26 sqq).

31 Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 1); cf. De gener. et cor. II (c.7, 334b 8-16).

5-6 Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 4-5); De longitudine et brevitate vitae (c.5, 466a 18-22). Cf. De respiratione (478b 21-28) et Boethium Dacum, Quaest. De gener. et cor. I qu. 35a (CPhD V,1 p.63).

2. Item, illud non est principium generationis mixtorum quod est corruptivum dispositionum ordinantium ad formam mixti; frigidum est hujusmodi; ergo etc., secundum Avicennam qui dicit quod frigidum est mors innati caloris disponentis ad vitam. 10

In contrarium est litera.

Ad hoc est dicendum quod frigidum disponit ad formam mixti dupliciter. In materia non habente majorem constantiam quam a qua non fit generatio mixti; debet ergo esse coagulata, et hoc contingit per frigidum; frigidum enim coagulat. Si enim esset calidum multum intensum subtiliaret materiam mixti et redderet generationem ineptam. Hoc contingit in quibusdam mulieribus juvenibus sterilibus, et redduntur fecundae in senectute quia temperatus est calor maritis per senium. Item calidum remittit frigidum, et in hoc confert ad generationem. 20

Prima duo argumenta bene concludunt quod frigidum per se non generat, et tertio concedo quod frigidum valde intensum non est principium vitae, et tale frigidum est in senibus, et hoc modo intendit Avicenna.

Quaestio 13.

Quid intendat Aristoteles de molynsi et indigestione secundum partem.

Tunc quaeritur quid intendit Aristoteles cum dicit quod, cum calidum et frigidum non gignunt vincentia materiam, molynsis et indigestio secundum partem fit.

Ad hoc est dicendum quod <in> digestio et molynsis contingit in plantis propter tres causas. Aut quia humidum est mediocre et calidum valde intensum, et exurit tale calidum et non digerit. Item, si humidum est mediocre et calidum minus et non est sufficiens ad movendum complete, movet tamen non digerens. Tertio modo fit

21 frigidum] calidum R.

2 & 4 molynsis] molensis R.

9-10 Avicenna, Canon Medicinae I fen.4, doct.5, c.2 (apud Iuntas, Venetiis 1608 f.201a). Cf. Albertum Magnum Meteor. IV, 1, 3 (Jammy II, 149a).

11 Arist. Meteor. IV (c.1, 378b 28-29; 31-33).

1-3 Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 2-3).

indigestio cum humidum sit multum et calidum nimis paucum, et sic
10 est crudum proprie magis et non aliquo modo digestum. Ex hoc
manifestum est quare Aristoteles dixit secundum partem et non
secundum totum.

Quaestio 14.

Utrum putrefactio sit naturalis corpori mixto.

Consequenter quaeritur utrum putrefactio sit naturalis corpori
mixto.

Videtur quod non:

f85ra 1. Naturale desideratum est; mixtum putrefactionem non appetit;
5 ergo etc.

2. Item, illud quod est contra principia naturalia mixto, illud est
violentum mixto; putrefactio est huiusmodi; ergo etc.

Oppositum videtur:

1. Si unum oppositorum est naturale, et reliquum; nam si unum
10 est in natura, et reliquum; putrefactio et generatio opponuntur, et
generatio est naturalis; ergo et putrefactio.

2. Item, quod habet omnes suas causas naturales est naturale;
corruptio est huiusmodi; ergo etc.

Ad hoc est dicendum <quod> putrefactio est transmutatio natu-
15 ralis. Effectus enim naturalis est qui contingit per naturam. Omnia
enim quae conferunt ad putrefactionem vel sunt natura vel secun-
dum naturam. Putrefactio igitur est passio naturalis. Item, dicit Ari-
stoteles quod mixta habent aliquam corruptionem naturalem et
<non> nisi putrefactionem; ad hanc enim veniunt omnia mixta
20 secundum naturam. Ergo putrefactio est naturalis.

1. Ad primum in oppositum dicendum: quod est corpori naturale
in illud ordinatur illud secundum naturam, concedo. Et dicis: natura
putrefactibilis non ordinat ipsum ad putrefactionem. Dico quod per

7 putrefactio] frigidum R. 19 putrefactionem] et add. et exp. R. 21 corpori]
corpus R. 28 substantialis] substans R. 32 intrinsic] cor. ex extrinseco R.

4-7 Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 1, 6 (Jammy II, 150b).

14-17 Cf. Boethium Dacum, Quaest. De gener. et cor. I qu. 6b ad 1m (CPhD V, 1,
p. 15-16). 17-19 Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 3-4; 7-8).

formam non ordinatur ad putrefactionem; nisi enim esset alia causa mixto putrefactibili numquam putrefieret. Dicendum tamen quod 25 corpus mixtum per suam naturam ordinatur ad corruptionem, scilicet necessitate materiae. Si enim in corpore mixto sit caro recens, si forma substantialis carnis semper haberet eandem proportionem humidi ad siccum et calidi ad frigidum numquam corrumperetur tale mixtum. Tamen dicit Aristoteles quod ab aliena caliditate est 30 putrefactio. Hoc est quia semper vel frequenter contingit innaturalitas caloris intrinseci per extrinsecum continens alterans, et si non esset etiam continens alterans putrefieret mixtum secundum naturam suam.

2. Ad aliud argumentum dicendum quod putrefactio non est 35 contra principia mixti; nam calidum educens suum humidum causat putrefactionem.

Quaestio 15.

Utrum omnia mixta veniant tandem ad putrefactionem.

Consequenter quaeritur utrum omnia mixta veniant tandem ad putrefactionem.

Videtur quod non:

1. Quia mixta quaedam veniunt ad mortem ut ad corruptionem; mors enim non est putrefactio; ergo etc. 5

2. Item, quaedam corrumpuntur, non tamen putrefiunt, ut aurum, chalybs et ferrum, et tamen non habent putrefactionem, quia in talibus non videtur possibiliseductio humidi; ergo etc.

Ad istud est dicendum quod mixta universaliter ad putrefactionem veniunt ut ad corruptionem ultimam quae debetur eis secundum 10 naturam suam. Si tamen praecedat combustio non minus est putrefactio corporis naturalis, et in veritate combustio est quaedam putrefactio; eodem enim modo corrumpitur mixtum per putrefactionem et combustionem. Nam calor ignis intendens calidum mixti comburit quia magis festinatur corruptio; tamen est putrefactio. Unde dicitur 15

7 chalybs] calips R. 16 finis] cor *add. et exp.* R. 30 quae in] quam R.

30-31 Arist. Meteor IV (c.1, 379a 16-18).

4-8 Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 1, 6 (Jammy II, 150b).

15-16 Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 6-8).

in litera quod idem est finis putrefactionis et combustionis. Et sic patet differentia inter combustionem et putrefactionem; nam haec est velocior et festinantior, illa vero tardior. Et item combustio non contingit nisi a calido exteriori, putrefactio potest contingere sine omni
 20 calore extrinseco. Et sciendum quod est duplex dissolutio: quaedam opponitur conjunctioni animae cum corpore, et est mors: et est alia quae opponitur compositioni elementorum in mixto, et haec est
 f85rb putrefactio || et sequitur primam. Nam post mortem putrefit animal.
 25 1. Per hoc ultimum solvitur primum in oppositum; nam mors non debetur mixtis secundum quod mixta sunt, et dato quod veniant ad mortem non tamen veniunt ad eam ut ad ultimam corruptionem.
 2. Ad aliud dicendum quod metallis debetur putrefactio; in quibusdam tamen mixtis insensibilibus <non> apparet humidi educ-
 30 tio, sicut in lapidibus, quae in carne; tamen vetustas cadit in lapidibus et inanimatis aliis. Et sciendum quod non contingit vetustas nisi in transmutatis secundum primas qualitates; similiter nec juvenus. Ideo vetustas et juvenus tantum contingunt in corruptibilibus. Deus enim et coelum non habent senectutem quia non alterantur.

Quaestio 16.

Quomodo differat educio humidi per calidum in generatione et putrefactione.

Tunc quaeritur, cum per calorem agentem educatur humidum a materia mixti in generatione et putrefactione, quaeritur quomodo differunt.

Dicendum quod calidum in generatione mixti educit humidum
 5 superfluum, ut si sit humidum triplum et non debet esse nisi duplum per proportionem ad complexionem mixti, ideo per calidum humidum superfluum exhalatur. Et in corruptione educitur humidum radicale faciens complexionem rei, et tandem humidum continuans. Non enim est idem humidum hoc et illud. Sic ergo patet quomodo differen-
 10 ter educitur humidum generando et putrefaciendo.

Quaestio 17.

Utrum combustio sit naturalis.

Consequenter quaeritur utrum combustio sit naturalis.

Videtur quod sic: quaecumque fiunt ab eadem causa agente et in

eodem, si unum est naturale, et reliquum; sed combustio et putrefactio sunt hujusmodi; putrefactio vero est naturalis; ergo etc.

Item, combustibile naturaliter comburitur; ergo combustio est naturalis. Patet antecedens, quia si non, tunc unum corpus non est magis combustibile secundum suam naturam quam aliud; ergo etc.

Contra:

1. Aristoteles dicit quod omnia mixta naturaliter veniunt ad putrefactionem nisi contingat eis violentia corrumpi, ut si comburantur, ut dicit; ergo combustio est violenta.

2. Item, transmutatio contingens in mixto contra inclinationem mobilis est violenta, et combustio est hujusmodi; ergo etc.

Dicendum quod combustio naturalis est; habet enim causam naturalem passivam determinatam sibi, et quaedam corpora ustiva sunt, alia non: [non] later non ustivus est quia non habet humidum sufficiens ad hoc. Et item causam agentem habet naturalem; et omnis transmutatio quae potest reduci ad causas naturales sibi omnes, illa est naturalis. Combustio est hujusmodi; ergo etc.

1. Ad primum in oppositum dicendum quod illud violentiae quod contingit in combustionem est velocitas comburendi.

2. Ad aliud dicendum quod quandocumque in corpore mobili invenitur transmutatio a causa extrinseca contra inclinationem mobilis ita quod mobile semper remanet resistens usque ad terminum motus et non corrumpatur, tunc et motus et terminus naturales non sunt sed violenti. In transmutatione quae est combustio non est sic; nam vincitur natura per quam mobile resistebat ante terminum, et propter hoc omnes motus naturales velociores sunt in fine propter victoriam super passiva. ||

f85va

Quaestio 18.

Utrum aqua possit putrefieri.

Tunc quaeritur utrum aqua possit putrefieri.

Videtur quod non:

1. Putrefactio est eductio humidi, sicco discontinue relicto; aqua non habet siccum; ergo etc.

5 2. Eodem modo nec terra, cum non habeat humidum secundum se; ergo etc.

Quid ergo intelligit quando dicit quod omnia elementa possunt putrefieri praeter ignem?

10 Dicendum quod cum aquae admiscetur aliquid terrae vel aeris potest putrefieri, non tamen aqua considerata in se putrefit. Similiter dicendum est de terra; accepta secundum quod [ipsa] significat suum nomen, ipsa non putrefit; commixta tamen aquae putrefit, ut patet in luto. Et per hoc patent argumenta.

Quaestio 19.

Utrum calida corpora sint magis putrefactibilia quam frigida.

Tunc quaeritur quae sunt magis putrefactibilia, calida corpora vel frigida.

Videtur quod calida, quia dicunt medici quod sanguinei de facili incurrunt febres calidas propter sanguinem qui valde putrefactibilis 5 est; sanguis tamen est calidus; ergo etc.

Item, ad hoc quod corpus putrefiat suus calor debet intendi per calorem continentis; ergo corpora quorum calor de faciliori intenditur citius putrefiunt; calida sunt hujusmodi; <ergo> etc.

10 Item, citius est putrefactio in calidis locis et temporibus quam in frigidis; ergo etc.

Contra:

1. Putrefactio est passio communis caliditatis alienae et frigiditatis propriae; quae ergo habent frigidum magis proprium et majus magis putrefiunt; frigida corpora sunt hujusmodi; ergo etc.

15 Dicendum quod in corporibus ejusdem speciei calida sunt magis putrefactibilia quam frigida, ceteris paribus, quia calida sunt subtilioris humoris et minoris compactionis quam frigida et majoris caloris; ita est universaliter quod cholericus homo habet carnes teneriores quam melancholici, et subtilior etiam est et spiritus habet agiliores.

5-6 eodem – etc] *in marg.* R.

6 suus] *cor add. et exp.* R. 12 alienae] *aliena* R. 18 cholericus] *colleericus* R.

19 melancholici] *melancolici* R.

7-8 Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 14-16).

12 cf. Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 20-22).

Corpus calidum per calidum circumstans facilius intenditur suus²⁰ calor, et suus humor subtilis de facili educitur per suum calidum, et idem causat raritas; nam per hoc educitur facilius humor ejus. Item, corpus valde pingue <***> de facili educitur humidum in raris. E contrario sumantur condiciones in frigidis.

1. Ad primum argumentum dicendum est quod frigiditas quae est²⁵ in putrefactione est innaturalis corpori; non enim est complexionalis mixto quod putrefit. Non tamen oportet quod complexionale frigus causet putrefactionem, immo impedit secundum Aristotelem.

Quaestio 20.

Utrum corpora sicca sint magis putrefactibilia quam humida.

Consequenter quaeritur utrum corpora humida magis putrefactibilia sint quam sicca.

Videtur quod sic, quia facilius patiuntur a caliditate aliena educente humidum et dimittente siccum discontinuatum; ergo etc.

1. Contra, putrefacta omnia sunt siccata universaliter et discontinuata et interminata; corpora sicca magis accedunt ad siccitatem quam humida; ergo etc.

Dicendum est quod corpora humida ejusdem speciei cum siccis majoris sunt putrefactionis quam sicca; nam in siccis vincit siccum magis. Ubi hoc contingit, magis convertitur humidum suo sicco, et¹⁰ alteratum est ad suum siccum et magis constat cum eo et de difficili separatur a suo sicco, ideo durius <est>. Et ideo corpora mortuorum unguuntur myrrha, aloe et sale ut exsiccentur et a putrefactione praeserventur magis. Sal vero per accidens humectat et per se exsiccatur et maxime si sit terrestris || substantiae. E contrario est in corporibus humidis quod faciliter educitur humidum propter causas oppositas¹⁵ causis inventis in sicco. **f85vb**

1. Ad argumentum primum dicendum quod [quod] corpora complexionaliter sicca non magis accedunt ad exsiccationem per viam putrefactionis quam humida; nam sic magis putrefieret os quam²⁰ caro, quod tamen est falsum sub eodem agente.

20-21 corpus-calidum] *anacoluthia*. **27** frigus] *corr. ex humidum R.*

10-11 humidum-eo] *in marg. R.* **13** myrrha] *mirra R.* **19** exsiccationem] *in marg. R. p.c. siccitatem R. a.c.*

28 Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 29-30).

» **Putrefactio est corruptio in unoquoque humido** ».*Quaestio 21.**Utrum putrefactio sit a caliditate exteriori.*

De putrefactione quaeritur utrum putrefactio sit a caliditate exteriori corruptio in unoquoque humido. Secundo, utrum calor exterior possit corrumpere interiorem naturalem corpori putrefactibili. Tertio, utrum putrefacta sunt frigidiora se non putrefactis. Quarto, 5 utrum frigidum proprium faciat ad putrefactionem.

De primo videtur quod caliditas aliena non causat putrefactionem.

1. Illud quod sufficienter tendit ex se in putrefactionem quolibet exteriori circumscripto, illud non corrumpitur aliena caliditate; in mixtis est hoc universaliter, ut dicit Aristoteles quod in mixtis appa- 10 ret putrefactio ex se; ergo etc.

2. Item, illud cuius humidum exsiccatur a sicco proprio, ejus putrefactio non fit a calido extrinseco; sic est in quolibet putrefactibili; ergo etc.

In contrarium est litera. Et arguitur: illud quod putrefit propter 15 caliditatem circumstantem educentem humidum suum et discontinuantem suum siccum, ejus putrefactio est a caliditate aliena; omne mixtum est huiusmodi; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quod, dato quod calor exterior nec etiam frigus alterarent os et carnem, et adhuc putrefierent. In osse plus est 20 de sicco quam <de> humido; quandocumque approximatur vincens in virtute, alterum vincit et in actione; sicut ergo in osse siccum vincit humidum virtute, ergo et actione, et tandem ducit et alterat ad suam naturam, et tunc non remanet humidum et incineratur corpus, et fit putrefactio. Et non solum fit incineratio propter educationem 25 humidi, sed etiam propter conversionem humidi in ipsum siccum. Et sic idem est humidum alterari in siccum et ipsum humidum educi a corpore; utroque enim modo incineratio causatur. Sic et eodem modo dicendum si dominetur humidum convertens siccum suae naturae. Unde propter hoc quaedam animalia citius moriuntur. Sic

19 frigus] frigidus R. **26** in] et R.

1 Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 16-17). **9-10** Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 5-6). **14** Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 16-18).

ergo putrefactio potest esse sine caliditate aliena. Quare ergo hoc³⁰ dicit Aristoteles quod fit ab aliena caliditate? Dicendum quod hoc dixit quia omne putrefactibile subjacet exterioribus qualitatibus alterantibus ita quod semper videmus putrefactionem causari per caliditatem alienam et velocius quam fieret per propriam.

1. Ad primum argumentum: solutum est per hoc quod dictum est,³⁵ quod licet non sit necessarius calor exterior ad esse putrefactionis, tamen ita est semper.

2. Per hoc idem solvitur ad secundum.

Quaestio 22.

Utrum calor exterior corrumpat interiorem.

Consequenter quaeritur de secundo.

Et videtur quod exterior calor non corrumpit interiorem:

1. Nam omne quod <non> corrumpitur a contrario non corrumpitur; calor non contrariatur calori; ergo etc. || Nam simile non corrumpit **f86ra** simile; calor et calor similia sunt; ergo etc. 5

2. Item, quod corrumpit aliquid in aliquo subjecto, in eodem contrarium regenerat; calor exterior in putrefactibili non regenerat contrarium calori; ergo etc. Patet consequentia quia simile non generat contrarium in simili.

[Item] Contrarium est in litera. Et arguitur: nam excellens secundum quod hujusmodi, est contrarium; ergo etc. 10

Ad hoc est dicendum quod calor exterior potest corrumpere interiorem. Nam calor mixti naturalis est in aliquo gradu signato et non potest esse in intensiori naturalis nec in remissiori. Ergo si intenditur vel remittitur jam corrumpitur in quantum naturalis est, et corrumpitur per frigidum veniendo in minus, et corrumpitur per calidum veniendo in plus. 15

1. Ad primum in oppositum dicendum quod calor exterior contrariatur calori interiori in quantum est excellens. Excellens enim contrariatur diminuto et non contrariatur calor calori secundum 20

15 jam] nam R.

30-31 Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 16-18).

10 Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 16-18).

quod calor. Et sciendum quod excellens gratia illius agit quod de contrario habet.

2. Et ad secundum patet per idem quod non est similis calor exterior [in] interiori secundum quod huiusmodi, immo videntur contraria 20 ut medium et extremum. Medium enim comparatum ad alterum extremorum est contrarium, ut patet 5° Physicorum.

Quaestio 23.

Utrum putrefacta sint magis frigida se non putrefactis.

Consequenter quaeritur utrum putrefacta sint magis frigida se non putrefactis.

Videtur quod non:

1. Victa sunt a calido et talia sunt calidiora aliis; ergo etc.

5 2. Item, putrefactio est similis digestionem propter educationem humidi superflui in digestionem per calidum natans in humido vel sicco; in putrefactione educio est humidi continuantis; sed digesta sunt calidiora indigestis; ergo etc.

3. Item, humidum aquosum frigidum est <***

10 ***> a quo ergo magis educitur istud humidum naturale, illud est magis frigidum; sed a putrefacto corpore magis educitur [est] naturale humidum et complexionale quam a se non putrefacto. Et ratio tenet; nam cuius educitur humidum, in eo et suum calidum cuius est pabulum educitur.

15 Ad hoc est dicendum quod putrefacta sunt frigidiora se non putrefactis. Calor putrefaciens calorem complexionalem ad superficiem corporis cum suo humido <educit>; ideo incipientia putrefieri humida sunt exterius et exsiccantur interius. Unde patet ergo quod siccum putrefactum propter educationem humidi invenitur siccus 20 quam prius sit, et propter educationem calidi invenitur frigidum magis quam prius. Sicca enim sunt putrefacta, ut patet in locis are-

4 Victa] vincta R. 13 educitur] calidum in cuius humidum *add. et exp.* R. 19 siccus] sit et p *add. et exp.* R. 25 corpus] corrumpi a calore *add. et exp.* R.

nosis. Sunt enim putrefactiones in eis, sed temperatur quandoque talis terra per caelum, ut dicitur 2^o Meteororum.

1. Ad primum argumentum in oppositum dicendum quod dupliciter contingit corpus vinci a calido: aut a calido digerente, aut a calido humidum radicale educente. Primo modo victa a calido sunt calidiora quam prius; secundo modo victa a calido sunt minus calida et incinerata.

2. Ad secundum dicendum quod in aliquo conveniunt putrefactio et digestio: utraque fit per educationem humidi a calido. Sed in digestionem tenet humidum necessarium et educit || superfluum, et in **f86rb** necessario humido remanet calor naturalis. Sed in putrefactione educitur humidum continuans et humidum complexionale et ideo non remanet calor naturalis. Ideo et putrefacta necessario sunt frigida.

3. Ad aliud dicendum quod ex parte ista <ex qua> eductus est humor frigidus a putrefactis, ipsa sunt magis calida; quia tamen in eodem humore eductus est totus calor naturalis ideo frigida sunt plus quam prius. Nam gratia alterius non dicebantur calida quam gratia caloris qui eductus est.

Quaestio 24.

Utrum frigidum proprium faciat ad putrefactionem.

Consequenter quaeritur utrum frigidum proprium faciat ad putrefactionem.

Videtur quod non, quia praeservat a putrefactione, ut dicit Aristoteles: propter hoc coagulata de difficili putrefiunt.

2. Item, putrefactio consistit in educatione humoris corporis et 5 caloris ejus et discontinuatione sui humidi grossioris; frigidum impedit educationem humoris a corpore quia prohibet calidum complexionale corporis nimis intendi et reddit humidum grossius; ergo etc.

Dicendum est quod frigiditas propria facit ad putrefactionem. Et

26 & 27 victa] vincta R.

5 humoris] *corr. ex* humidi R. **9** putrefactionem] *corr. ex* corruptionem R.

22-23 Forsan Arist. Meteor. II (c.5, 361b35-362a 7) ubi tamen temperies non ad terram arenosam sed ad caliditatem solis refertur.

3-4 Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 29-30).

10 causa hujus ponitur diversimode a diversis. Quidam enim dicunt
 quod per eandem causam per quam calidum exterius facit ad putre-
 factionem per se, per eandem etiam frigiditas propria per accidens:
 caliditas exterior intendens calorem proprium corporis, qui intensus
 subtiliat suum humidum et educit, et remanet siccum discontinua-
 15 tum; eodem modo per accidens frigidum. Nam unum contrarium
 acuitur in adventu contrariorum. Sic frigus corporis intendit calidum
 per accidens et educitur tunc humidum et retinet siccum discontinu-
 atum. Alio modo dixerunt alii quod frigidum movet calidum localiter,
 ut patet in 1^o Meteororum de assub; cum percutitur a frigido medii
 20 interstitii aeris descendit; ecce quod movetur localiter per contra-
 rium. Idem, sicut dicunt, contingit de frigido proprio et naturali
 quod expellit proprium calidum. Et tenet Alexander primam viam.
 Alio modo dicendum quod frigiditas propria facit ad incinerationem
 quia ejus est constringere et coagulare, et sic exprimit humidum et
 25 repellit calidum in eo quia sibi contrarium, et humidum <***>
 partes subjecti constringendo, sicut in vere caliditas compressa a fri-
 gido circumstante generat incineratos flores superficialiter. Sic est
 in frigido proprio quod acui facit calidum et causat per accidens
 putrefactionem, ut dicit Alexander. Referas istud exemplum ad
 30 opinionem primam.

1. Ad primum argumentum in oppositum dicendum quod non
 idem frigidum praeservat in putrefactione et causat putrefactionem.
 Frigidum enim corrumpens caliditatem continentis ne intendat pro-
 prium calorem, istud praeservat a putrefactione, non frigidum pro-
 35 prium.

2. Ad aliud dicendum quod frigidum complexionale non impedit
 educationem humoris complexionalis, licet calidum hoc operetur. Et
 non est inconueniens quod unum contrarium agat aliquid per se et

13 calorem] calidum R. **14** siccum] humidum R. **16** acuitur] accuitur R. **21**
 Idem] item R. contingit] contingunt R. **28** acui] accui R. **32** praeservat]
 perseverat R.

18-19 Arist. Meteor. I (c.4, 341b36-342a 1); cf. Meteor. II (c.9,369a 17-19).

21-22 Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 1, 8 (Jammy II,152b).

22 Locum non inveni.

23-27 Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 1, 1 (Jammy II, 145a).

28-29 Locum non inveni.

illud idem agat suum contrarium per accidens, sicut educitur humidum a calido per se et per frigidum per accidens || intendens f86va calidum; et non concludes nisi quod non eadem via utrumque contrarium idem producit.

Quaestio 25.

Utrum putrefacta sint sicciora non putrefactis.

Consequenter quaeritur de hoc quod dicit, quod sicciora sunt putrefacta quam non putrefacta.

Et videtur quod non:

1. Illa quae humectantur non sunt sicciora se non humectatis; putrefacta sunt hujusmodi; nam dicit litera quod putrefacta humectantur; ergo etc.

2. Item, illa quorum humidum et siccum simul educuntur, post istam educationem non deberent inveniri sicciora quam prius; sed putrefacta sic se habent, quod suum humidum et siccum simul educuntur; nam idem sunt in subjecto siccum et humidum, et unum non educitur sine subjecto; ergo etc. Ablatio igitur ista videtur esse quattuor qualitatum et ablatio corporis; ergo reddit minus et non alterat corpus, ut videtur.

In contrarium est litera. Et arguitur: mixta sunt humida propter humidum complexionale; in putrefactione est hujus eductio; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quod putrefacta sunt sicciora quia calor putrefaciens educit humorem. Si tamen in principio sint humectata in superficie, exsiccantur tamen in profundo quia ille humor fuit partium interiorum, et post exhalationem illius exsiccantur; putrefacta tamen possunt esse humida accidentaliter si in corpore putrefacto sint multi pori per quos eductum est humidum complexionale sicut patet in carbone cujus humidum grossum terreum exsiccatum et eductum est. Ideo fumus facit similitudinem quae secundum se sicca est; et cum sic contingit, aer ingreditur per poros propter dis-

9-10 educuntur] educitur R. 19 exhalationem] R. 31 exhalatum]

1-2 Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 22-23).

5-6 Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 8-9).

14 Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 22-23).

25 continuationem corporis, et quia corpus illud est frigidum. ideo con-
vertit aerem in humidum corpulentum. Ideo cineres videntur magis
siccis immediate post putrefactionem quam si ponantur postmodum in
loco aliquo; videntur humefacti, maxime si sint in loco frigido.

1. Ad primum argumentum: solutum est; nam putrefacta in
30 superficie solum sunt humida, interius <sunt> sicca et durante
putrefactione penitus exsiccantur quia humidum exhalatum <est>
totum. Et tu quaeres: quare non est modus putrefactionis educendo
totum siccum et relinquendo humidum? Sic est; e converso non est
possibile.

35 2. Ad aliud dicendum quod verum dicis si siccum proportionaliter
educatur cum humido. Et intelligo sic: ponatur corpus duplum
humidum et siccum dimidium. In tali ergo proportione, scilicet in
dimidia proportione respectu humidi in sicco, eductio evacuet
totum, scilicet et humidum et siccum, et sic contingeret ablatio cor-
40 poris et non maior humectatio nec siccatio. Et dicendum quod pro-
portionaliter non est talis eductio in corporibus putrefactis. Nam
calidum solvit humidum a suo sicco et illud educit; sicut calor fornacis
facit purum ferrum et facit effluere, similiter calor educens humi-
dum in putrefactione.

Quaestio 26.

Utrum frigiditas continentis impediatur putrefactionem.

Consequenter quaeritur utrum frigiditas continentis impediatur
putrefactionem.

Videtur quod non:

1. Quia putrefactio fit per intensionem caloris ultra debitum sta-
5 tum ejus complexionalem; frigiditas continentis operatur ad hoc;
ergo etc.

2. Item, putrefacta sunt frigida; quae ergo plus habent frigiditatis
magis possunt putrefieri; in frigidis locis contingit maior frigiditas;
ergo etc.

10 Contra, putrefactio contingit ex corruptione calidi naturalis a cali-
f86vb ditate continentis; caliditatem continentis frigiditas || etiam eius cor-
rumpit vel impedit; ergo etc.

Dicendum quod frigiditas continentis impedit putrefactionem per se, quia removet causam extrinsecam correspondentem; nam caliditatem alienam aut impedit aut corrumpit, et quod removet causam 15 impedit effectum. Alio etiam modo impedit putrefactionem, quia calor complexionalis, qui putrefacere debet educendo suum humidum, debet intendi; et frigiditas continentis non intendit calidum naturale; ergo etc. Item humor qui educitur <et> expirat ex corpore putrefactibili subtiliatus est; et frigiditas continentis illum humorem 20 habet ingrossare et condensare, et coagulare; ergo impedit putrefactionem dictis tribus causis.

1. Ad primum argumentum in oppositum dicendum quod licet frigidum intendit calorem naturalem, non tamen putrefacit per se. Ista stant <simul>, quod per se frigidum impedit putrefactionem et 25 per accidens, scilicet intendendo calorem, facit ad putrefactionem.

2. Ad aliud dicendum est quod si putrefacta essent infrigidata a causa per se agente putrefactionem bene argueres; nunc autem putrefacta non sunt infrigidata a causa agente putrefactionem per se.

Quaestio 27.

Utrum coagulata magis possint putrefieri quam alia vel minus.

Quaeritur utrum coagulata magis possunt putrefieri quam alia vel minus.

Videtur quod magis:

1. Putrefacta sunt infrigidata; coagulata magis accedunt ad frigiditatem se non coagulatis; ergo etc. 5

In contrarium est litera. Et arguitur: quorum humor est difficilius educationis minus possunt putrefieri; coagulatorum humor est [de] difficilius educationis; ergo etc. Et contingit quod, quia humor in auro est de difficilius educibilis, ideo minus putrefit quam alia metalla, et cuprum et ferrum quam plumbum. 10

18 frigiditas] etiam *add.* R. 27 infrigidata] per se *add. et exp.* R. 28 nunc] non R.

8 difficilius] difficilius R. educationis] *in marg.* R educibilis R *a.c.* 14 & 15 difficilius] difficili R.

Dicendum quod coagulata difficilius putrefiunt se non coagulatis propter tria; propter compactionem suae substantiae, et propter ingrossationem sui humidi, et propter remissionem sui calidi. Primum patet quia ex auro de difficiliori educitur humidum quam ex
15 plumbo propter compactionem suam, et de planta de difficiliori quam ex carne. Secundum manifestum est de se. Tertium patet, quia calor debet intendi apud putrefactionem, et talium calor de difficili intenditur.

1. **Argumentum** quod est contra hoc concludit quod eo modo quo
20 infrigidantur, coagulata putrefiunt; et sic nihil concludit; nam bene concluderet si eodem modo essent coagulata sicut putrefacta.

Quaestio 28.

Utrum ferventia sint minus putrefactibilia quam alia.

Consequenter quaeritur utrum ferventia sint minus putrefactibilia quam alia, sicut piper.

Et videtur quod magis:

1. Quia quorum calor facilius potest intendi ultra debitum suae
5 naturae de faciliori putrefieri possunt; ferventia habent talem calorem de facili intensibilem; ergo etc.

2. Item, quorum calor facilius potest subtiliare suum humidum, illa de faciliori putrefiunt; in ferventibus sic est; ergo etc.

In contrarium est litera. Et arguitur ratione: omnis calor continen-
10 tis faciens putrefactionem debet excedere calorem naturalem corporis putrefactibilis, quia si non excedit non movet; et arguitur: aut ei adaequatur, et sic non movet eum, aut deficit, et sic est frigidum
f87ra respectu ejus || – nam medium comparatum ad extrema est contrarium –, et sic impedit putrefactionem. Ergo est necessario excedens.
15 Calor corporum ferventium excedit calorem medii; ergo etc. Et illud argumentum dat causam, ut videtur. Dices quod medii continentis excedit, et tunc dicam quod putrefiunt sicut et alia, ut si ponantur in igne. Sed contingit parum quod continens excedat talia ferventia in calore.

5 de] de *add. et exp. R.* 18 Sed contingit] *in marg. R.* parum] parvum R.

9 Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 31).

Dicendum est quod ferventia ita sunt putrefactibilia sicut non ferventia, sed veritas quam Aristoteles intendit est quod ferventia non eodem calore continentis putrefiunt sicut non ferventia. Nam pomum citius putrefit in arca tua quam piper vel aliud aromaticum. Si enim verum est quod calor continentis debet intendere calorem naturalem ultra debitum naturae suae ad hoc ut sit putrefactio, tunc patet manifeste propositum, quod aliquod calidum continentis potest intendere calidum corporis putrefactibilis minus calidi et tamen idem calor continentis calidum piperis non intendet.

1. Ad argumentum primum contra hoc dicendum quod caliditas intensioris non potest ita de facili intendi ab eodem agente sicut 30 minus fervidi.

2. Ad aliud dicendum quod sicut calor non fervidorum non subtiliat suum humidum nisi excedatur a caliditate continentis, sic est de calore fervidorum; ideo non arguis.

Quaestio 29.

Utrum motus impediatur putrefactionem.

Utrum motus impediatur putrefactionem.

Videtur quod non:

1. Quia potest facere calorem naturalem intensum ultra debitum naturae; ergo etc.

2. Item, quod potest educere sudorem de mixto, si perseveret potest 5 putrefacere et incinerare; motus est hujusmodi; ergo etc.

In contrarium est litera. Et arguitur: quod conservat calidum naturale iuxta debitum naturae mixti praeservat a putrefactione; motus autem est hujusmodi, ut patet in infrigidatis propter acceptionem cibi et in quibusdam aliis patet; ergo etc. 10

Dicendum est quod motus praeservat a putrefactione. Et causa est quia calor continentis fit maior calore naturali corpori putrefactibili ad hoc ut ipsum putrefiat, et cum movetur putrefactibile intenditur calor ejus et fit maior calore continentis; et sic praeservat a putrefactione motus. Si tamen vigoret calorem naturalem motus ultra debi- 15

27 putrefactibilis] putrefacti R. 34 non] s.l. R.

12 fit] sit R. 21 calorem] in marg. R.

7 Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 33-34).

tum cursum suae naturae, tunc facit ad putrefactionem. Omne enim quod intendit calorem complexionalem ultra debitum naturae causat putrefactionem.

20 1. Per hoc patet quod non concludit argumentum contra hoc; motus enim moderatus vigorans calorem juxta debitum naturae praeservat a putrefactione; motus tamen immoderatus facit ad putrefactionem. Sic patet quod non est idem motus praeservans a putrefactione et ad eam faciens. Iuxta quod intelligendum quod si corpus
25 mixtum movetur in continente cujus caliditas excedat suam caliditatem tunc nec motus nec quies talis corporis in tali continente potest praeservare corpus a putrefactione.

2. Secundum etiam argumentum procedit sua via.

Quaestio 30.

Utrum minus putrefiat citius quam maius.

Consequenter quaeritur de hoc quod dicit Aristoteles, quod minus

f87rb || citius putrefit quam majus.

Contra:

1. Totum et quaelibet sua pars ejusdem naturae sunt in homogeneis; ergo sicut unum putrefactibile, et reliquum; ergo tardius non putrefit totum quam suum minus.

2. Item, cujus calor citius potest facere expirare suum humidum, citius putrefit; hoc autem est in toto; ergo etc.

3. Item, quae est proportio loci partis ad locum totius, sic †virtus†
10 caliditas se habet ad caliditatem; si ergo in tanto tempore minor pars a tali caliditate in tali loco putrefit, in eodem tempore caliditas major majoris loci corrumpet caliditatem majoris corporis; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quod sub eodem agente tardius putrefit majus corpus ejusdem speciei secundum virtutem et complexionem.
15 Et intelligo de eodem agente extrinseco. Causa patet; nam calor exterior qui potest intendere parvum calorem parvi corporis non oportet quod intendat longe majorem. Ideo pars majoris putrefit et non totum. Et adverte quod intelligit Aristoteles de corporibus ejusdem speciei. Sciendum tamen quod majus et minus aequaliter putrefiunt

11 eodem] loco caliditas *add. et exp.* R. 20 calorem] calor R. 29 majoris]

si tantum excedat calorem magni corporis calor putrefaciens quam 20
 tum minor calor vel idem excedit caliditatem minoris corporis.

1. Ad primum argumentum in oppositum dicendum quod verum
 concludit argumentum, nec concludit quod sub eodem agente aeque
 cito putrefiant majus corpus et minus.

2. Ad aliud dicendum quod minor est falsa; nam sicut in majori 25
 corpore maior est calor sic in eo maior est humor, in corporibus ejus-
 dem speciei.

3. Ad tertium dicendum quod proportio loci minoris ad corpus
 minus talis est sicut loci majoris ad majus corpus in continendo et
 non in agendo. Ponatur plumbum pedale in ignem et millecupulum 30
 aurum; majus calidum ambit aurum extensive, plumbum ambit
 majus calidum <intensive>; et sciendum quod ignis idem citius
 liquefacit pedale auri quam bipedale vel tripedale, et sic deinceps.

Quaestio 31.

De modo generandi animalium in putrefactis.

Consequenter quaeritur de modo generandi animalium in putre-
 factis, quid sit generans et quis modus generandi et quare parva ani-
 malia innascuntur et non [et non] aliquod magnum. Item, quare
 quaedam illorum animalium sunt rubei coloris, quaedam alterius ita
 quod diversa animalia diversorum. Item quare quaedam illorum ani- 5
 malium sunt valde stricta et longa et quaedam lata. Item quare ex
 planta putrefacta non nascitur alia; ex animali tamen putrefacto
 nascitur aliud.

Ad hoc est dicendum quod, cum calor faciens putrefactionem est
 intensus, humidum corporis subtiliat et ad superficiem corporis edu- 10
 cit, et est multum passibile a frigido. Ideo coagulatur a frigido et
 generatur circa ipsum sicut pellis, et humor interius continetur et
 ebullit aliquantulum || humidum, et in tali ebullitione et per virtutem f87va
 informativam quae est virtus solis quae tantum facit in putrefactis
 sicut patet in animalibus per propagationem generatis, ut dicit Com- 15
 mentator in 11° <Metaphysicae>, disponitur et generatur corpus

minoris R. 33 liquefacit] corr. ex calefacit R.

9 sqq. Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 1, 11 (Jammy II, 155a-b).

15-16 Averroes, In Metaphys. XI (=XII) c.13 (Opera VIII, f.299 I).

conueniens, diuersa duo corpora secundum diuersitatem humoris. Cum enim humor est frigidus et humidus generantur animalia brevia et lata et alba; lata quidem quia humidum male terminabile <est> 20 termino proprio, brevia quia non est humidum dilatatum a calido. Si sit humor calidus et humidus proportionaliter, tunc sunt animalia lata proportionaliter propter humidum dilatabile et longa propter calidum dilatans; animalia sunt etiam rubea. Si sit calidus humor et siccus, stricta sunt et longa propter siccum non dilatabile et calidum 25 excedens, et sunt crocei coloris. Si sit humor frigidus et siccus, sic animalia sunt brevia et stricta propter siccum non dilatabile et defectum calidi, et sunt nigra propter copiam terrestritatis.

Dicendum item ad illud quod tu quaeris ulterius, quare ex putrida planta alia <non generatur, quod> hoc est quia humor eductus ex 30 animalibus putrefactis est subtilis multum et ideo conuenit generationi animalium; humidum in plantis est valde grossum, ideo non conuenit. Et dico humorem ex quo generantur plantae. Humor uero eductus ex planta putrida est subtilis. Item dicis: quare non generatur unum animal, sed multa? Dico quod humor educitur per sub- 35 stantiam grossi corporis discontinuate; ideo generantur multa animalia et non unum.

Quaestio 32.

Utrum Aristoteles bene dividat digestionem.

Consequenter quaeritur de digestionem:

Et primo, quia Aristoteles ipsam dividit et non prius diffinit; ergo male.

1. Item, nullum naturale dividitur per artificiale; epsesis et optesis 5 sunt huiusmodi; ergo etc.

2. Item, nullum genus unum dividitur per duo quorum unum est naturale et aliud artificiale; pepansis est in naturalibus, epsesis uero est in artificialibus.

3. Item, dato quod essent naturales, cum inueniuntur in plantis 10 tantum et animalibus et hic intendit de passionibus omnis mixti, ergo nihil ad propositum.

Si dicis quod reducerentur ad naturales, quaeritur quomodo.

31 grossum] grossus R. 34 sed] et non R.

10 hic] hoc R. 18 reducuntur] reducitur R. 20 solutum] soluitur R. 42

Dicendum est quod diffinitio est univoci. Et digestio non est univoca ad digestionem, immo proprius dicitur de pepansis, ideo univoco eis non convenit. Et ideo non diffinit digestionem in communi. 15

1. Ad aliud quod quaeris de divisione, dicendum quod epsesis et optesis non dividunt digestionem naturalem secundum quod artificiales, sed secundum quod reducuntur ad naturales digestionem, ut patebit.

2. Jam pridem solutum <est> secundum. 20

3. Dicendum ulterius quod sunt ad propositum, quia non solum sunt in plantis et animalibus, sed pepansis, epsesis et optesis, et indigestiones ejus oppositae inveniuntur in omni mixto; ideo etc.

Et tu quaeres quomodo ad naturales reducuntur. Dicendum ad hoc: accipiatur exemplum in homine, in quo est magis manifestum 25 <quam> in generatione animalis quod per propagationem generatur. Quamquam sit specie compositus ex spiritu vitali et naturali et spiritu animali, cum calore naturali transfuso cum semine operatur in semine||, alterando ipsum, et virtus formativa formando et line- f87vb ando ipsum. Et iste calor cum exteriori extergit humidum super- 30 fluum et residuum coagulat. Tunc virtus formativa format. Iste calor sic digerens educendo humidum superfluum et in eo calorem superfluum, si sit ibi, facit pepansim a contrajacentibus passionibus. Post generationem vero, calor existens in membris facit epsesim, quia omnia mixta in principio suae generationis valde sunt humida, ut patet 35 in pueris; et ideo ille calor puerorum debilis est. Cum jam fit puer major, fit juvenis; exterguntur membra, et majorem habent calorem, et intensiorem quam pueri – pueri vero habent extensionem forte majorem – et fit digestio optesis. Sequitur senectus; et tempus post juventutem dividitur in senectutem et senium et decrepitam aetatem. 40 Calor in juvenibus fuit in sicco, et est in sene in siccitate et debilis, ideo operatur stateusim. Et licet senes sint sicci essentialiter, sunt tamen humidi accidentaliter, et ideo catarrhi crudi fluunt ab oculis eorum. Ideo in senio calor est in humido et est calor debilis et operatur molynsim. In decrepita aetate calor est tendens ad corruptionem 45 et prope non esse, et inest multum humidum superfluum accidentale et fere consumptum est humidum essentielle, et fit humidum similiter consumptum, et tunc est digestio quae dicitur omotes. Et sicut

pepansis fuit ad esse, ita suum oppositum, scilicet omotes, fuit ad
 50 non esse. In aliis etiam mixtis est similiter; nam in omni mixto est
 nocivum et profectus et defectus vel recessus a statu. Sed sciendum
 quod profectum sequitur status et statum senectus sequitur quae
 cadit in omni mixto et dividitur in senectutem et senium et decrepi-
 tam aetatem. Et deducere potes ut dictum est in aliis, scilicet in ani-
 55 malibus. Et sciendum quod similes sunt in artificialibus factae istae
 digestiones et in naturalibus.

Quaestio 33.

Quaeritur penes quid sumatur numerus digestionum.

Et quaeritur consequenter de numero digestionum et penes quid
 sumitur sufficientia illarum.

Dicendum quod omnis digestio aut est ad esse mixti aut ad bene
 esse. Si ad esse, sic est pepansis; si ad bene esse, aut fit a calido vin-
 5 cente humidum, et sic est epsesis; si non vincit, sic est molynsis. Et si
 sit a calido in sicco <***>.

Quaestio 34.

Utrum digestio sit completio.

Consequenter quaeritur utrum digestio sit completio.

Videtur quod non:

1. Completum non potest ulterius compleri; ergo digestio una
 digestionem aliam decoquitur si digestio est completio; quod est fal-
 5 sum; ergo etc. Minor patet; nam post pepansim est epsesis.

In contrarium est litera.

Dicendum quod Aristoteles non intendit dicere quod digestio est
 completio nisi quia omne quod digeritur digeritur propter finem, ut
 patet cum calor vincit in corpore et ducit superfluum humidum ad
 10 partem aliquam et educit subtile illius et elevat apostema in cavum et
 f88ra maturat residuum ut facilius educatur; et est ut transmutetur ex illis ||
 passionibus in quibus opponitur suo fini et ad eas in quibus magis con-
 venit suo fini et conveniat †edillo† alteratur a passionibus disconve-

2 illarum] illorum R. 5 molynsis] molinsis R. 6 sicco] spatium duarum linea-
 rum et dimidiaae reliquit scriba.

(Qu. 34) 6 Arist. Meteor. IV (c.2, 379b 18-19).

nientibus suo fini. Et sic de aliis. Ideo dicendum quod digestio est completio.

15

1. <***>.

Quaestio 35.

Utrum digestio sit motus.

Consequenter quaeritur utrum digestio sit motus.

Videtur quod non:

1. Digestio est completio; completio est receptio completi et est subita quia indivisibilis est completio; ergo etc.

Contra, omnis transmutatio quae habet subjectum salvatum in actu substantiali est motus, et nulla talis <non> est motus quia non est mutatio nisi generatio et corruptio, ut dicitur 5^o Physicorum; ergo etc. Sed digestio habet corpus naturale pro supposito, et salvatum est in actu substantiali.

Item, omnis transmutatio facta secundum passiones in corpore 10 naturali est alteratio; digestio est hujusmodi; est enim a contrajacentibus passionibus; ergo etc.

Dicendum quod digestio est motus sicut probant argumenta ad hoc facta, maxime cum sit transmutatio successiva cujus subjectum est in actu, in qua acquiruntur passiones convenientes fini digesti. 15

1. Ad argumentum dicendum quod receptio completi formae quae non potest intendi est subita quia cum aliquid ejus acquiritur totum acquiritur. Receptio vero formae quae intendi potest non est subita, sed successive acquiritur.

Quaestio 36.

Utrum digestio sit generatio.

Quaeritur quis motus sit digestio, utrum sit generatio.

Videtur quod sic:

1. Transmutatio cujus finis est substantia est generatio; finis digestionis est substantia cum natura sit finis digestionis dico autem naturam speciem et substantiam, ut dicit litera; ergo etc. 5

Contra, transmutatio ex passione in passionem est transmutatio

(Qu. 36) **4** natura] non R. **5** naturam] nullam R.

7 Arist. Phys. V (c.1, 225a34-b3).

5 Arist. Meteor. IV (c.2, 379b 25-26).

quae est alteratio; digestio autem est huiusmodi, ut patet in litera; ergo etc.

Dicendum quod digestio non est generatio sed alteratio corporis 10 ad finem convenientem et ducens ad passiones convenientes illi fini, ut patet in littera.

1. Ad argumentum dicendum quod immediate non est transmutatio ad substantiam ipsa digestio, immo est transmutatio ad substantiam moventibus qualitatibus ad quas est immediate.

Quaestio 37.

Utrum digestio sit augmentum.

Consequenter quaeritur utrum digestio sit augmentum.

Videtur quod sic:

1. Nam ordinatur ad quantitatem quia restaurat deperditum; talis autem motus est augmentatio; ergo etc.

5 2. Item, videtur quod digestio sit loci mutatio quia transmutatio per quam nutrimentum movetur ad diversas partes corporis est loci mutatio; et digestio est huiusmodi ut de se patet; ergo etc.

Contra, loci mutatio est ad ubi; digestio est ad convenientes qualitates; ergo etc.

10 Ad hoc est dicendum quod digestio non est augmentatio quia non est immediate ad quantitatem acquirendam, immo si debet fieri conversio in membrum, et sic de aliis, decoctio a calore <requiritur>; ad talem finem digestio est et hoc nominat: si tamen fiat rarefactio, hoc accidit digestionem.

15 1. Ad argumentum dicendum quod digestio non est transmutatio ad quantitatem immediate. Similiter dico quod digestio non est loci mutatio.

2. Ad argumentum dicendum quod transmutatio localis nutrimenti non est digestio, immo digestio praecedit divisionem nutrimenti in illam loci mutationem.

5 loci] motu *add. et exp.* R.

7-8 Arist. Meteor. IV (c.2, 379b 18-21). 10-11 *Ibd.*

*Quaestio 38.**Utrum frigidum possit esse causa digestionis.*

Consequenter quaeritur utrum frigidum possit esse causa digestionis.

Videtur quod sic:

1. Quod potest esse causa generationis, et digestionis||; digestio **f88rb** enim praecedit generationem; calidum et frigidum gignunt; ergo etc. 5

2. Item, quod potest causare putrefactionem potest causare digestionem; nam utrobique est eductio humidi; sed frigidum potest esse causa putrefactionis; nam putrefactio est communis passio frigiditatis propriae et caliditatis alienae.

3. Item, digestio non videtur esse nisi adunatio et inspissatio partium corporis fluidi; frigidum potest hoc facere in corpore; ergo etc.

In contrarium est litera dicens quod digestio est effectus calidi.

Item, frigidum est causa indigestionis; ergo etc.

Dicendum quod digestio non potest fieri per frigidum. Digestio enim est effectus calidi et omnes suae species. Et ratio est: accipiatur 15 corpus; quamdiu est indigestum, ipsum est inconueniens fini suo, ut si ex fructu debet generari planta vel si ex pane debet membrum nutriri, quamdiu non est conueniens fini suo tamdiu est indigestum. Ergo habet contrajacentes passiones fini suo, si sit nimis durum aut humidum, et sic de aliis. Per frigidum non potest ab illis transmutari; nam frigidum non mollificat, et per frigidum non educitur humidum superfluum; item, frigidum non temperat frigidum si sit nimis frigidum. Frigidum ergo non est causa digestionis; ideo ponitur calidum in diffinitione digestionis.

1. Ad argumentum primum contra hoc, dicendum quod frigidum 25 non est causa generationis per se. Aristoteles hoc dicit. Avicenna dicit quod calidum remissum est frigidum quod se inmiscet operibus naturae, et non frigidum in termino.

2. Ad aliud argumentum dicendum quod illud quod potest esse causa putrefactionis per se potest esse causa digestionis, in cuius dicitur 30 virtute est proprium humorem corporis educere. Hoc est in potestate

8-9 Cf. Arist. Meteor IV (c.1, 379a 20-22).

12 Arist. Meteor. IV (c.2, 379b 12; 18-19; 21-2; 24-5).

26 Arist. Meteor. IV (c.1, 379a 1).

26-8 Avicenna, locus non inventus.

tantum calidi, quod est causa putrefactionis et digestionis humidum educendo. Non tamen eodem modo ista duo fiunt ab eodem agente diversimode agente non a parte sui sed passi; in putrefaciendo educitur humidum radicale et continuans, sed in digestionem tantum educitur humidum superfluum. Nunc autem frigidum non habet virtutem humidum educendi, sed coagulat.

3. Ad aliud dicendum, cum dicis quod digestio est inspissatio et ingrossatio, dico quod digestio est inspissatio partium digesti facta per educationem humidi et remanentiam sicci, et non per coagulationem; sic est digestio a calido educente humidum, faciens remanens magis constans, ut patet de pasta posita in fornace.

Quaestio 39.

Utrum balneum juvet digestionem.

Consequenter quaeritur utrum balneum juvet digestionem.

Videtur quod non:

1. Illud quod a corpore vivente educit humidum et etiam in eo calorem interiorem, impedit digestionem; balneum est huiusmodi; ergo etc.

2. Item, illud quod juvat digestionem debet fieri immediate post nutrimentum, quia maxime tunc necessaria est digestio; ergo immediate post nutrimentum balneandum, quod est contra medicinam.

10 In contrarium videtur esse litera de plano.

Dicendum quod balneum juvat digestionem, et modus iste dicebatur: aliquando in homine calor digestivus debilis est post multam sumptionem nutrimenti, propter vigiliam, aut propter multum profundam cogitationem aut propter iram, et tunc calor non vincit nutrimentum, aut male vincit, et remanet humidum aquosum frigidum; et illud adveniens, quod post advenit infrigidat et convertit in se et congregat ibi aliquod corpus frigidum et crudum. Quando autem est fortis calor balnei, penetrans corpus subtiliatum <et> calefaciens totum corpus, iste calor digerit istud corpus frigidum. Et etiam dicit Aristoteles quod per laborem digeritur nutri-

12 digestivus] digestus R.

10 Arist. Meteor. IV (c.2, 379b 23-4).

20-1 Arist. De gener. animalium, I (c. 18, 725a 16-7). Translatio Guillelmi (AL XVII,2,V) p. 26, 15-6.

mentum quandoque. Unde labor siccativus est, et ideo qui laboraverunt libentius dormiunt, ut probatur libro de somno et vigilia. Aliter dicitur quod quadruplex est digestio: in stomacho, in hepate, in corde, in singulis membris; et in qualibet eductio fit aliqua puri ab impuro. Primam digestionem et secundam et tertiam impedit balneum quia educit per modum sudoris multum humidum et calidum; immo, post balneum inveniunt se homines frigidos et exinanitos quia sanguis et calor educti sunt ad exterius, ideo cor exinanitum est. Quarta digestio confortatur per balneum quia calor est ibi fortis adunatus per interiorem ibi existentem, et per accidentalem etiam calorem balnei.

1. <***>.

2. <***>.

Quaestio 40.

Utrum quae sunt signa bonae digestionis sint signa sanitatis.

Consequenter quaeritur utrum quae sunt signa bonae digestionis sint signa sanitatis.

Videtur quod non:

1. Quod stat cum infirmitate, ejus signum non est signum sanitatis; bona digestio stat cum infirmitate; digestio fit per calidum, et in febrecitantibus est calor valde intensus; ergo digestio bona in eis est et infirmitas.

2. Item, membrum paraliticum nutritur; probo, quia caderet a corpore, sicut membrum plantae quod non nutritur cadit; sed nutritionem praecedat digestio; ergo etc. 10

Ad hoc est dicendum quod signum digestionis bonae est signum sanitatis, et expulsio omnium superfluitatum signum est digestionis, et per accidens sanitatis. Ideo secessiones et urinae significant digestionem et sanitatem. Et ratio est quia indigestio est signum infirmitatis eo quod significatur calor naturalis molliter et debiliter se

21 est] et R. 22 somno] sompno R. 26 educit] *corr. ex* educitur R.

21-2 Arist. De somno et vig. I (c.3, 456b 34).

8-10 Cf. Boethium Dacum, Quaest. De gener. et cor. I qu. 25 (CPhD V,1, p. 51).

13-4 Cf. Arist. Meteor. IV (c.2, 380a 1-2).

habere. Cum autem apparet signum digestionis significatur virtus digerens fortis; et virtus expulsiva fortis est quia cognoscitur per urinas; et cum sic est, virtus segregans purum ab impuro est fortis et virtus expellens est etiam fortis. Nonne hoc est signum sanitatis in
20 vivente? Immo.

1. Ad argumentum dicendum quod bona digestio non stat cum infirmitate, unde calor febrilis non est digerens sed adurens; igitur ibi contingit constipatio.

2. Ad aliud dicendum quod membrum paraliticum nutritur; et
25 licet nutritionem istam praecedat digestio bona, tamen illa digestio praecedens nutritionem non fit in membro paralitico, immo in corde. In paralitico membro est fluxus humorum, et nervus sustinens membrum est humectatus; ideo sustinens membrum ponderosum prolongatur et fit membrum paraliticum.

Quaestio 41.

Utrum digesta sint leviora se indigestis.

Tunc queritur utrum digesta sint leviora.

Videtur quod non:

1. Duorum corporum ejusdem speciei grossius est ponderosius. Digesta sunt grossiora se indigestis; ergo etc.
- 5 2. Item, ubi plus est substantiae terrestris graviora sunt aliis; digesta sunt hujusmodi respectu sui indigestorum; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quod digesta sunt leviora quia apud digestionem educitur || humidum et aliquid sicci, et ista fuerunt partes
f88vb illius antequam fuit digestum. Aliter dicitur quod facilius est digestum ad convertendum, ideo dicitur levius. Et utrumque dictum
10 verum est.

1. Ad argumentum dicendum quod grossiora, ejusdem inquam speciei et quantitatis et ponderis cum subtilibus, sunt ponderosiora.

2. Ad aliud dicendum quod post digestionem, licet in digesto esset
15 prius siccum cum humido, tamen post non est ibi magis de sicco, sed minus vel aequaliter.

*Quaestio 42a.**Utrum digesta sint sicciora se indigestis.*

Sed tunc quaeritur utrum digesta sunt sicciora se indigestis.

Videtur quod non:

1. Quia assata sunt digesta, et tamen interius sunt humida; ergo etc.

In contrarium est litera. Et arguitur: calor educens humidum red- 5
dit corpus siccus; calor digerens est hujusmodi; ergo etc.

*Quaestio 43a.**Utrum digesta sint grossiora se indigestis.*

Et simul quaeritur utrum digesta sint grossiora.

Videtur quod non:

1. Victa a calido subtiliora sunt, quia calidum subtiliat; digesta sunt victa a calido; nam tunc est signum digestionis cum est victoria 10
calidi; ergo etc.

In contrarium est litera. Et arguitur: transmutatio in qua subtilius corpus seducitur et relinquitur magis grossum est causa ingrossationis illius corporis; digestio est hujusmodi; ergo etc.

Quaestio 42b.

Ad primum dicendum quod apud digestionem contingit consump- 15
tio humidi corporis digestibilis secundum partem secundum quam digeritur, et ideo digesta sunt sicciora.

1. Per hoc solvitur quod objicitur; nam assata digesta secundum partes exteriores sunt exsiccata.

Quaestio 43b.

Ad aliud quod tu quaeris dicendum quod digesta sunt universa- 20
liter grossiora se indigestis propter educationem humidi subtilis et remanentiam sicci terrestris. Si opponas de sero quod est digestum et tamen subtilius est quam lac, dicendum quod digestum non est

6 digerens] naturalis *add. et exp.* R. 9 Victa] vineta R. 10 victa] vineta R.
17 digeritur] digeruntur R. 26 victa] vineta R. 29 victum] vinctum R.

5 Arist. Meteor. IV (c.2, 380a 3-6).

12 Ibid.

serum, sed butirum et caseus elixantur in sero ut carnes in aqua
25 digeruntur.

1. Ad argumentum dicendum quod omnia victa a calido in quibus non contingit humidieductio et terrei relictio, sicut aqua est, talia sunt subtiliora. Si tamen educitur humidum subtile et relinquitur terreum, tunc sic victum est grossius quam prius.

Quaestio 44.

Utrum indigestio possit contingere ex superflua caliditate.

Consequenter quaeritur de indigestione, utrum possit contingere ex superflua caliditate.

Videtur quod sic:

1. Indigestio causatur ex improportione agentis materiae digestibili; superfluum calidum est huiusmodi; ergo etc.

2. Item Isaac dicit in *Dietis universalibus* quod laborantibus et multum calidis non sunt ministranda multum subtilia et quod digestio non fieret debito modo, et hoc esset propter excellens calidum; ergo etc.

10 Contra, quod causat adustionem non causat indigestionem; calidum superfluum est huiusmodi; ergo etc.

Item, indigestio causatur ab indigentia caloris; ergo non causatur per abundantiam.

Ad hoc est dicendum quod calor excellens non causat indigestio-
15 nem. Ratio hujus est sicut dicit Aristoteles in *litera*: indigestio et omnes ejus species sunt effectus frigidi; ergo etc. Tu dicis quod bene datur in hoc intentio auctoris et non datur causa quaesiti. Dicendum quod calor excellens agit aut in corpore mixto aut in simplici. Si in simplici, sic non causat indigestionem, sed consumptionem per eva-
f90ra porationem, ut calidum in aqua. Si in mixto, sic || incinerat et non causat indigestionem; educit enim primo humidum superfluum, postmodum naturale, et si continuet educit continuans, et in fine totum incinerat. Ideo non est calidum excellens causa indigestionis.

13 abundantiam] habundantiam R. 20 sic] *f. 89 deest v. praefationis p. VIII.*
27 digestibile] indigestibile R.

6-8 locus non inventus.

15-6 Arist. *Meteor.* IV (c.2, 380a 6-8).

1. Ad primum ideo argumentum dicendum quod fallit secundum consequens, quia [non] sumit universaliter improprietatem agentis 25 ad passum esse indigestionem; si accipiatur universaliter sic est falsa. Si dicis: improprietio calidi ad corpus digestibile est causa indigestionis, verum est si sit improprietio propter nimium defectum caloris; si intelligis propter superabundantiam falsa est.

2. Ad argumentum dicendum quod ideo dicit illud Isaac quia 30 cibus evaporaretur statim in fumum et ascenderet ad caput; non enim fieret digestio debito modo. Concludendum igitur: Indigestio non sequitur, quia cum totum corpus consumatur evaporando non est digestio nec indigestio. Item, cum fit incineratio non est digestio debita neque indigestio; eorum enim est medium, scilicet non dige- 35 stio, et ita est in iam dictis, ubi non sunt digestio neque indigestio.

Quaestio 45.

Utrum pepansis solum sit in fructiferis.

Quaeritur de pepansi, utrum solum sit in fructiferis.

Videtur quod sic:

1. Litera enim dicit hoc plane.

2. Item, illud est solum in fructiferis cuius oppositum solum est in eis; omotes solum est in fructiferis; ergo etc. 5

In contrarium est litera. Et arguitur: pepansis completa est digestio vel alteratio corporis digestibilis propter suum finem; sed sicut alteratio nutrimenti contingit in plantis propter finem, sic in animali et in quibusdam aliis; ergo etc.

Item, semina dicuntur pepana cum possunt producere simile ei 10 quod semen protulit; sed hoc in animalibus contingit; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quod nomen 'pepansis' proprie est in plantis; res tamen <est> et in plantis et in animalibus, et similis est digestio in plantis et in animalibus et in artificialibus et in naturalibus. Sicut enim in plantae radice fit segregatio aliqua puri ab impuro, et ulte- 15

29 superabundantiam] superhabundantiam R.

1 pepansi] pepansis R.

3 Arist. Meteor. IV (c.3, 380a 11-5).

6 Ibid. (c.3, 380a 15-20).

rius in corde plantae ut nutriatur planta, sic est in animalibus; et non consistit controversia in hoc, utrum nomen sit appropriatum fructiferis aut non.

1. Ad argumentum in oppositum dicendum quod Aristoteles dicit 20 communiter quod similiter est in aliis sicut in fructiferis.

2. Ad aliud dicendum quod omotes est in animalibus sicut in plantis.

Quaestio 46.

Utrum per pepansim subtilia convertantur in grossiora.

Consequenter quaeritur utrum per pepansim subtilia convertantur in grossiora.

Videtur quod non:

1. Cujus est subtiliare, ejus non est suum passum ingrossare; sed 5 calidum quod agit pepansim de natura sua habet suum passum subtiliare; ergo etc.

2. Item, cujus est humidum aereum convertere in aquosum, ejus est calidum convertere in frigidum; calidi digerentis secundum pepansim non est convertere calidum in frigidum; ergo etc.

10 In contrarium est litera dicens: « In pepansi ex spiritualibus quoque aquea, ex talibus vero terrea constant ».

Item, apud illam alterationem fiunt spiritualia aquea et aquea terrestria apud quam contingiteductio subtilium et remanentia grossiorum; in pepansi contingit hoc, ut patet in carnibus elixatis; 15 ergo etc.

Dicendum quod apud pepansim aerea convertuntur in aquea et aquea in terrea. Et ratio hujus est: quanto aliquid subtilius tanto a calore passibilis; citius enim vaporat aqua subtilis a sole quam multum aggravata a terreo sicco. Ideo, quia calor digerens subtilius 20 educit et grossius humidum facit magis constans cum suo sicco, [et] sic humidum aereum convertit in grossius; ideo aqua non maturatur.

7 aquosum] accossum R. 17 subtilius] facilis R. 27 procedit] praecedit R.

19-20 Arist. Meteor. IV (c. 3, 380a 15-20).

21-2 Ibid. (c.3, 380b 3-4).

10-11 Arist. Meteor. IV (c.3, 380a 23-4).

Intelligendum tamen [quod calidi] quod calidum subtiliat quantum est de se; ejus est ingrossare per accidens.

1. Per hoc solvitur ratio, quia accidit calido ingrossare || quod per **f90rb** se subtiliat. 25

2. Ad aliud dicendum quod Aristoteles vult dicere quod digestio procedit ingrossando, et non intelligit per humidum aqueum frigidum, sed tantum intendit grossius.

Est tamen hic difficultas: unde scimus quod operatio est alicujus per se, alterius per accidens? Calori solis accidit in vere humectare **30** <materiam> convenientem formae animalis; secundo accidit ei animal generare; ergo ei accidit calefacere aquam et dissolvere glaciem quia accidit ei invenire calefactibilem aquam et glaciem dissolubilem. Hoc autem habet videri 2° Physicorum et 6° Metaphysicae.

Quaestio 47.

Utrum omotes sit per calidum paucum.

Quaeritur de omote, utrum sit per calidum paucum.

Et videtur quod non:

1. Quia pepansis contingit ex paucio calido, quia si sit multum tunc contingit adustio; ergo suum oppositum non contingit ex paucio calido, scilicet omotes. 5

2. Item, indigestio est effectus frigiditatis universaliter; calidum paucum non est frigidum; ergo etc.

In contrarium est litera dicens quod omotes contingit aut quia humidum multum aut quia calidum paucum. Et arguitur: universaliter indigestio contingit in corpore digestibili quando calidum non **10** potest vincere humidum digestibile; calidum paucum est hujusmodi: <ergo> etc.

Item, oportet quod illud quod causat omotem, scilicet calidum, moveat et non compleat. Si non moveret illud, esset crudum; si completeret,

30 in vere] invenire R.

4 adustio] edustio R. **10** indigestio] fit *add. et exp.* R. **15** pepansis] pepansim R. alterat] arterat R.

34 Arist. Phys. II (c.3, 195a 32 – b 3); Metaphys. VI (E. c.2, 1026b 2 sqq.).

8-9 Arist. Meteor. IV (c.3, 380a 34 – b 2).

15 esset pepansis. Frigidum non alterat ad digestionem; ergo calidum remissum et paucum facit hoc.

Ad hoc est dicendum quod omotes causatur a calido pauco et humido multo. Causa est: quando debet esse digestio ad finem aliquem, calor debet esse ita fortis quod possit materiam alterare a
20 passionibus fini contrajacentibus, et cum calor potest sic facere, tunc est pepansis. Si ergo causa hujus digestionis est calor vincens, ergo sui oppositi est causa calidum non vincens sufficienter, ita quod deficiens effectus causatur ex defectu in causa.

2. Ad argumentum primum patet solutio; nam supponit falsum.

25 1. Ad aliud dicendum quod incineratio causatur propter calidum excellens respectu sui humidi; digestio ex calido proportionato; indigestio ex calido pauco; cruditas ex penitus deficiente calido.

Quaestio 48.

Utrum humores indigestorum sint subtiliores.

Consequenter quaeritur utrum humores indigestorum sunt subtiliores sicut dicit litera.

Videtur quod non:

1. Quia passa sunt frigiditatem et frigidi est ingrossare; ergo
5 humores talium sunt ingrossati.

In contrarium est litera. Et arguitur: subtile et grossum etiam opponuntur <sicut> digestum et indigestum, et digesta sunt universaliter grossiora se indigestis; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quod indigestorum humores sunt subtiliores
10 si digestio vadat ingrossando, quod visum est esse verum; et consequentia necessaria est. Et tamen humores indigestorum grossi essent respectu ejus quod essent digesti si non contingeret in eis eductio <humidi subtilis>, ita quod humores indigestorum essent grossiores quam digestorum quia humidum in digestis et in indigestis non est
15 eductum subtile; ergo etc.

9 indigestorum] digestorum R. 11 indigestorum] digestorum R sunt *add. et del.* R.

6 Arist. Meteor. IV (c.3, 380b 2-3).

1. Ad primum in oppositum dicendum quod indigesta per se esse grossiora se digestis est verum, et sic concludit argumentum.

Quaestio 49.

Utrum humores indigestorum sint algidi.

Quaeritur consequenter utrum humores indigestorum sint algidi, sicut dicit.

Et videtur quod non:

1. Corpora sunt calidiora naturaliter ex quibus minus est eductum de suo calore naturali; ab indigestis minus educitur de calore naturali quam a digestis; nam calor educitur cum humido, et in indigestis minus est eductum de humido naturali; ergo etc.

In contrarium est litera. Et arguitur: universaliter digesta calidiora sunt quia victa sunt a calore; ergo quae non sunt victa a calido, illa sunt frigida; et in||digesta sunt huiusmodi; ergo etc.

f90va

Ad hoc est dicendum quod caro cruda est calidior naturaliter se elixata, quia tunc humidum est eductum et cum eo calidum naturale. Sic dicitur uno modo. Aliter tamen dicendum quod digesta naturaliter calidiora sunt indigestis. Humor enim indigestorum est aquosum et frigidum. Licet ergo in digesto educatur humor aquosus 15 et suus calor naturalis cum hoc, si ille humor aquosus multum removeret cum calido paucio potius faceret ad frigiditatem quam ad caliditatem; extingueret enim calorem vel ad minus reprimendo. Nunc digestum magis est calidum eo quod major causa suae frigiditatiseducta est quam suae caliditatis. Et hoc apparet in fructibus indige- 20 stis; sunt enim phlegmatici et frigidi [et calidi], sed cum maturantur calidiora sunt.

1. Ad argumentum primum in oppositum dicendum est quod quorum calor naturalis eductus est essent frigidiora quam quorum non, nisi cum calore illo [non] educeretur frigidum humidum, quia, si in 25 corpore esset, magis frigefaceret quam calor calefaceret si remaneret.

7 humido] calore R. 9 victa¹⁺²] vincta R. 18 Nunc] non R. 21 phlegmatici] fleumatici R. 25 calore illo] calor ille R. si] nisi R.

*Quaestio 50.**Utrum aqua simplex sit digestibilis.*

Consequenter quaeritur utrum aqua simplex sit digestibilis.

Videtur quod sic:

1. Digestibile est elixabile; sed aqua est elixabilis; ergo etc.

In contrarium est litera, quod aqua sola, id est humidum aequum
5 solum, non est digestibilis.

Item, quae non possunt ingrossari non possunt digeri; aqua pura non ingrossatur, sed subtiliatur; ergo etc. Major patet quia digesta sunt grossiora.

Item, corpus non potest digeri quod non potest acquirere majorem
10 constantiam in partibus quam prius; sed aqua est huiusmodi; ergo etc.

Item, quod crudum non potest dici, illud non potest dici digestum; aqua non est cruda, ut dicit litera; ergo etc.

Dicendum est quod aqua sola humidorum est et tale digeri non
15 potest. Et argumenta videntur causam reddere. Et item, digesta inveniuntur naturaliter calidiora; aqua non potest fieri calida naturaliter magis propter calefactionem digerentis; ergo etc.

1. Ad argumentum primum, cum dicitis: « elixabile est digestibile », verum est; sed aqua non est elixabilis nisi depurando ab ea grossum
20 terrestre; et calidum subtilians magis depurat quam si remaneret aqua non decocta; modo a subtili de faciliori educitur et separatur terrestre quam a magis grosso.

*Quaestio 51.**Utrum epsesis debeat fieri a calido in humido.*

Consequenter quaeritur de epsesi, utrum debeat fieri a calido in humido.

Et videtur quod non:

1. Calor agens non debet esse in eo quod impedit digestionem; et

12 illud non potest dici digestum] illa non possunt dici digesta R.

4-5 Arist. Meteor. IV (c.3, 380a 34).

13 Ibid. (c.3, 380b 10-11).

humidum impedit actionem calidi, quia frigidum et aquosum; sicut enim luna est calidum illum acuens, sic humida hebetant; ergo etc.

2. Item, quod non est actio non confert ad actionem et ad digestionem; ergo non debet esse in digerente; humidum est hujusmodi; ergo etc.

Contrarium dicit litera.

10

Dicendum quod epsesis fit a calido in humido et illud calidum est debile. Optesis fit a calido forti existente in sicco. Talis autem humor in quo est calor in epsesi duo facit: remollit partes exteriores elixati corporis et hebetat calidum. Mollificat ergo partes exteriores ut pateat via humido interiori egredienti – siccantur enim elixata in suis <partibus interioribus> – et ut pateat via calido ingredienti, calori scilicet exteriori, ad exsiccandum interiora.

1. Ad argumentum dicendum quod verum sumit maior si calor digerens debet esse multum intensus in epsesi; [aut] debilis <autem> calor sufficit.

20

2. Ad argumentum dicendum: [ad] humidum facit ad digestionem non quia digerat || sed quia remittit calidum, et sic minor fuit falsa; **f90vb** nam humidum iuvat ad actionem. Sed dic rationem quare calidum non potest esse ita intensum in humido sicut in sicco. Videtur quod non repugnat humido calidum plusquam sicco; nam sicut [siccum] 25 compatitur unum, sic et reliquum; sic non opponitur magis uni quam alteri; ergo calidum in humido erit ita intensum sicut in sicco. Tu dicis: in sicco, scilicet in igne, est valde intensum, in aere remissum, et est <debile> in humido. Hoc autem non dat causam, sed est tantum signum faciens opinari.

30

Quaestio 52.

Utrum ferventia in oleo et sanguine sint digesta optesi vel epsesi.

Consequenter quaeritur utrum ferventia in oleo et sanguine sint digesta optesi vel epsesi.

6 hebetant] ebetant R. **14** hebetat] ebetat R. **15** egredienti] ingredienti R.
22 calidum] humidum R. **28** valde] remissum in aere *add. et exp.* R.

10 Arist. Meteor. IV (c.3, 380b 13-14, 16-17).

1 sqq. Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV,1,20 (ed. Jammy II, 163 a-b).

Videtur quod digestionem epsetica.

1. Quaecumque sunt digesta calido existente in humido epsetica
5 digestionem digeruntur; ferventia sunt hujusmodi; ergo etc; quia calore
existente in oleo et sanguine quae sunt calida et humida.

2. Item, quaecumque sunt molliora in exterioribus quam assata
sunt epsetica, non optetica; ferventia in oleo et sanguine sunt hujus-
modi; ergo etc.

10 In contrarium est litera. Et arguitur: quaecumque habent partes
interiores humiditas, exteriora duriora et sicca, sunt digesta optetica;
ferventia in pinguibus sunt hujusmodi; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quod ferventia sunt assata; sunt enim
<passa> valde a calido intenso, et partes interiores humidae sunt,
15 exteriores rugosae et duriores et sicciores propter calidum valde
intensum. Et sciendum quod partes ferventiorum, licet sint <humi-
dae> propter circumstantias vel propter circumstantias sanguinem vel
oleum, tamen substantialiter sunt siccae. Cujus signum est rugositas
in eis per multam passionem a calido.

20 1. Ad rationem in oppositum dicendum quod quae sunt decocta a
calido natante in humido pingui aereo non oportet quod sint elixata;
si tamen sint decocta a calido in humido aqueo et frigido, ista sunt
elixata.

2. Ad aliud dicendum quod illud argumentum fecit quosdam
25 dicere quod ferventia in tiganis sunt media inter assata et elixata, quia
non sunt perfecte elixata, quia non sunt partes interiores sicciores
exterioribus. Item, non sunt assata complete quia partes exteriores
habent humidiores quam assata. Ad minorem tamen illius argumenti
dicendum quod partes frixorum sunt humidiores partibus assatorum
30 quia ipsae sunt assatae <***>. Si tamen compares ad alia assata
non concludes nisi sic: « ergo non sunt assata a calido existente in
siccio ».

5 digeruntur] digerendum R. 8 sanguine] huius R. 11 interiores] corr. ex
inferiores R. 16 ferventiorum] sic! 17 sanguinem] corr. ex signum R. 25
tiganis] ciganis R. 30 assatae] assata R fortasse addendum: a calido existente in
humido pingui aereo.

10 Arist. Meteor. IV (c.3, 380b 17).

*Quaestio 53.**Utrum elixata sint sicciora interius.*

Consequenter quaeritur utrum elixata sint sicciora interius. Videtur quod non:

1. Humidum circumnatans humectare habet corpus interius intra quod habet ingressum; elixans humidum est huiusmodi in elixato; nam humidum quaerit †totaliter alienas† partesque exteriores elixati 5 humectatae sunt, praebentes viam humido exteriori; ergo etc.

2. Item, impossibile est humidum interius elixari nisi per poros per quos ingreditur humidum exterius; et istud humidum impedit exitum exterius; ergo etc.

In oppositum est litera.

10

Ad hoc dicendum quod elixatorum||partes interiores sunt sicciores. **¶91ra** Sed sunt corpora aut terrae species aut aquae. Si sit corpus terrae species necessario habet sicciora interiora post elixationem; unde, cum dixit Aristoteles quod elixabilia sunt sicciora intra, locutus est de hiis quae sunt assata et elixata, et talia sunt necessario terrae spe- 15 cies quae assantur; et ponebat differentiam inter talia. Sed si sit aquae species, ipsum corpus non redditur siccius interius post elixationem. Quare in corpore terreo elixato fit major siccitas in interioribus triplex est causa: quia humidum circumnatans remollit exteriora, et quia retinent magis humiditatem propriam quam interi- 20 ora, quia calor interior intensior est dupliciter, quia calor interior est in sicco et exterior in humido naturaliter. Secunda causa est quia calor exterior est in humido a quo remittitur; calor interior fortificatur per calorem complexionalem corporis. Tertia causa quare interiora sunt sicciora est quia humidum interius subtiliatum <est> et 25 non potest ingredi humidum aqueum ibi quia grossius est.

1. Ad primum argumentum in oppositum dicendum quod licet humidum circumnatans habet ingressum ad interius, tamen magis

12 corpora] *corr. ex* corrumpendo R. **25** humidum] ex humido R. **31** ingreditur] egreditur R.

3-9 Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 1,21 (ed. Jammy II, 164a).

10 Arist. Meteor. IV (c.3, 381a 29-30); cf. ibd. (380b 21-2).

14 Cf. Arist. ibd. (c.4, 382a 4-6).

humoris ingreditur partes exteriores. Item, si quis humorum ingredi-
 30 tur partes exteriores et interiores, ulterius idem calor educit eum qui
 est interius et illum qui ingreditur.

2. Ad aliud dico humidum exterius ingrediens non impedit intra-
 neum exire propter duo; quia introitus valde subtilis est et aqua
 grossior est, et subtile bene expirat per spatia per quae non transit
 35 grossius; ideo aqua non impedit intrinsecum humidum exire. Item,
 calor expellens humidum extrinsecum interius est debilior. Et tu
 argues de ovo, cuius interiora sunt humida interius elixata, et tamen
 sunt ova naturae terreae. Dico quod hoc est propter duas causas
 accidentales: propter duritiem testae impediendam humidum exire et
 40 propter viscositatem albuginis.

Quaestio 54.

Utrum assa sint interius humidiora.

Consequenter quaeritur utrum assa sunt interius humidiora.

Videtur quod non:

1. Calidum exterius de necessitate habet educere <calidum>
 interius; et cum illo educit humidum; sic est in assatis; ergo etc.

5 2. Item, quod potest debilior calor potest fortior, vel plus; calor in
 humido est minus potens calore in sicco, et tamen exsiccat elixatum;
 ergo etc. Tu dices quod calor exsiccando partes exteriores indurat
 eas, ideo retinent humidum. Contra, calor vehementer exsiccando
 suum subjectum discontinuat, educens vehementer humidum; calor
 10 assans est huiusmodi; ergo pori et viae sunt in exterioribus assato-
 rum; ergo humidum interius potest exire; ergo etc.

In contrarium est litera. Et arguitur: illud cuius humidum non
 habet exitum propter duritiem partium exteriorum est interius
 humidum; et sic est in assatis; ergo etc.

15 Dicendum est quod calor in sicco fortis est; ideo partes exteriores
 assatorum exsiccat et indurat; ideo includitur humidum interius et

33 subtilis] subtile R. **34** expirat] expiret R.

3 exterius] interius R. **20** inclusum] inclusus R.

37-40 Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 1,21 (ed. Jammy II, 164b).

12 Arist. Meteor. IV (c.3, 381a 29-30).

rarefit; ideo tument partes exteriores assatorum; ideo, cum aperiuntur talia, exit vehementer humidum quod ibi comprimebatur.

1. Ad argumentum dicendum quod calor exterior, quantum est de se, educit calidum interius et humidum tamen, quia inclusum est, 20 non potest.

2. Ad aliud dicendum: tantum exsiccatur calidum exterius quod discontinuet humidum exterius. Ideo debet decoqui later non||primo **f91rb** in magno igne †quia apparet interius† quare magis vel funderetur.

Quaestio 55.

Utrum lac possit elixari.

Consequenter quaeritur utrum lac possit elixari.

Videtur quod sic:

Quae possunt impinguari possunt elixari, si fiat hoc per calidum in humido; sed lac redditur pinguius per calidum in humido ejus cum convertitur in butirum; ergo etc. 5

Item, quaecumque possunt reddi grossiora per calidum existens in humido, possunt elixari; lac est hujusmodi; ergo etc.

Item, quae possunt reddi attenuata per segregationem sicci proprii a calore proprio vel humido per calorem, possunt elixari si sit calor in humido; in lacte potest hoc esse; ergo etc. 10

1. In contrarium est litera quae dicit quod elixata interius sunt sicciora; lac autem non redditur tale; ergo etc.

Ad hoc dicendum quod lac potest elixari, sicut docent rationes ad hoc factae. Et sciendum quod attenuatio per segregationem sicci ab humido cum quo prius miscebatur est elixatio, si fiat a calido in 15 humido.

1. Argumentum solutum est prius.

Quaestio 56.

Utrum mixtum possit elixari.

Consequenter quaeritur utrum mixtum possit elixari.

Videtur quod sic: quia in quibus fiteductio humidi subtilis et

15 miscebatur] mixebatur R.

major constantia partium residuarum cum suo sicco, illa possunt elixari; hoc invenitur in mixto; ergo etc.

- 5 Item, quae attenuantur per calorem in humido segregantem siccum in humido, talia elixantur; in mixto est sic; nam evaporatur superius subtile ejus et inferius maior est constantia in residuo cum sicco; ergo etc.

1. Contra, vinum non invenitur sic [ejus] post suam ebullitionem; 10 ergo non digeritur.

Dicendum quod mixtum est elixabile quia multum habet de terreo; faex enim terrestris est quia substat aquae. Si ergo per calidum in humido fit segregatio terrei a sicco suo digesto, elixatio scilicet est. In vino sunt duae purgationes possibiles et una corruptio.

- 15 Prima purgatio est humidi subtilis eductio et aquei per superiora. Alia vero purgatio est segregatio faecis ejus terrestris ab humido cum sicco magis subtili, et descendit inferius. Tunc vinum est in suo calore naturali, a quo si corrumpitur generatur tunc acetum, maxime in acutis calidis temporibus; et ideo defenditur vinum in aestate a 20 calore. Et est acetum frigidum et confert in aegritudinibus calidis.

1. Argumentum solutum est, quia dicendum est corpus scilicet speciei terrae et aquae, sicut dictum est prius.

Quaestio 57.

Utrum oleum possit elixari.

Consequenter quaeritur utrum oleum possit elixari.

Videtur quod sic:

1. Quia potest impinguari a calido et a frigido; talia autem possunt elixari; ergo etc.
- 5 2. Item, quae possunt reddi minora per actionem calidi possunt elixari, ut dicit litera; et oleum potest sic minus reddi per calidum; ergo etc. Et intelligo de calido agente in humido; ergo etc.

In contrarium est litera dicens quod oleum non potest elixari.

4 hoc invenitur] *corr. ex illa inveniuntur R.* 18 acetum] *acceptum R.*

21-2 Super. qu. 53.

5-6 Arist. Meteor. IV (c.3, 381a 4-5).

8 Ibid. (c.3, 381a 8-9).

Dicendum est: quare [enim] frigidum non coagulat oleum? Sciendum est quod quia multum est de aere in oleo, et frigidum comprimens non potest calidum ejus et humidum expellere et ideo non coagulat ipsum; et hoc forte est causa. Calidum vero <non> coagulat oleum quia non potest suum humidum propter ejus viscositatem educi; ergo etc.

Sed quaestio quaerit de alio, utrum possit elixari. Secundo dicendum est [quod] istud, quod in oleo non potest fieri notabilis elixatio quia a calido nihil vel perparvum educitur de humido olei propter viscositatem ejus retinentem humidum cum sicco; et est tenax in partibus. Dices quod intendatur || calidum; tunc educit humidum **f91va** olei. Dico quod corrumpet et comburet oleum, et inflammabit et non elixabit. A frigido vero non elixatur quia nulla digestio fit per frigidum. 20.

1. Ad argumentum primum dicendum quod nulla contingit in oleo notabilis impingatio; et sicut impingatur, sic elixatur. Et hoc dicit Aristoteles, quia non elixatur, quia notabiliter non elixatur. 25

2. Ad secundum dicendum quod notabiliter non diminuitur oleum per calidum; ideo non elixatur, aut parum.

Quaestio 58.

Utrum molynsis possit fieri propter multum calorem.

Consequenter quaeritur de molynsi. Et quaeritur utrum possit fieri propter multum calorem et intensum.

Videtur quod sic:

1. Quod potest impedire eductionem interioris humidi, hoc potest causare molynsim; caliditas intensa est hujusmodi, indurando partes 5 exteriores; ergo etc.

In contrarium est litera.

Item, molynsis generatur propter indigentiam caliditatis, non ergo propter intensum calorem.

27 parum] parvum R.

1 molynsi] molensi R. **5**, 11, 13, 19 molynsim] molympsin R. **6** exteriores] interiores R. **8** molynsis] molipsis R.

7 Arist. Meteor. IV (c.3, 381a 12-14).

10 Ad hoc est dicendum quod calor multum intensus non causat molynsim; omnis enim indigestio causatur ab indigentia caliditatis, non ergo ab abundantia ejus. Item, ista caliditas intensa aut est in sicco, et sic non causat molynsim quia calor in humido est causa molynsis; aut caliditas in humido; ergo, cum ex tali calido causaretur
15 epsepsis, opposita causabuntur ab eadem causa, quod est inconueniens.

1. Ad primum argumentum in oppositum dicendum quod via est falsa, quia omnis calor assans impedit eductionem humidi ad exterius; ergo omnia assata essent molynsim passa. Item, falsa est minor,
20 quia calor in humido non impedit eductionem humidi interioris, immo per subjectum suum, scilicet humidum, remollit partes exteriores, et item calor ille remittitur a suo humido, ut non possit indurare partes exteriores corporis digestibilis.

Quaestio 59.

Utrum multus calor naturalis possit causare molynsim.

Consequenter quaeritur utrum multus calor naturalis possit causare molynsim.

Et videtur quod sic:

Quod potest impedire putrefactionem, et elixationem, quia utro-
5 bique est eductio humidi interioris ad exterius propter calorem continentis; multus calor naturalis potest impedire putrefactionem; ergo etc; ergo potest causare molynsim.

Item, multus calor naturalis impedit eductionem humidi naturalis; ergo etc.

10 1. Contra, omnis calor faciens elixationem oportet necessario quod calorem exterius educat [ad exteriora] et humidum exterius etiam educat; cum calor naturalis fortis est cito patitur humidum suum, et ipsum educit calor ipse; ergo etc.

Dicendum est quod multus calor naturalis potest causare molyn-
15 sim quia digestio aut putrefactio non causantur nisi per hoc quod vincitur calor interior ab exteriori, nam aliter non posset educi humi-

12 ergo] *corr. ex* autem R. abundantia] indigentia R. 14 molynsis] molymptis R.
2, 7, 14, 28 molynsim] molimptis R. 11 calorem] calor R. 18 educet] educat

ditas interior. Nam, si sit calor naturalis semper in eodem gradu, numquam educet humidum suum. Ideo multus calor naturalis, cum magis sit difficilis ad educendum et resistat magis quam minor, potest esse causa molynsis. Tu dices: intendatur calidum, tunc cor- 20 pus elixabitur. Tunc dico quod verum est, sed si accipiatur calidum exterius positum in humido et potest elixare hanc carnem, si tamen ponatur loco carnis corpus decuplo calidius non fiet elixatio, immo causabitur molynsis.

1. Ad argumentum dicendum quod multus calor in corpore non 25 facit quod humidum de facili educatur, quia non educitur humidum nisi cum naturalis calor || vincitur, et quanto major est calor natura- f91vb lis tanto de difficiliore vinci potest, et causat molynsim.

Quaestio 60.

Utrum passa molynsim sint duriora.

Consequenter quaeritur utrum passa molynsim sint duriora.

Videtur quod non:

1. Quia molynsis solvit humorem proprium, et sic reddit corpus mollius; ergo etc.

2. Item, quod non educit humidum interius naturale, corpus non 5 reddit durius; calor debilis in humido exteriori non educit humidum interius; ergo etc.

Contrarium est in litera. Et arguitur: omne agens quod non educit humidum de corpore, sed facit ipsum tumere reddit corpus durius in exterioribus; calor exterius debilis existens est hujusmodi agens; ergo 10 etc.

Ad hoc est dicendum quod molynsim passa sunt duriora quam digesta. Causa autem ponitur in litera, sed obscure, quia humiditas talis corporis dispersa est et mota per corpus, et non educitur, sed rarefit et inflat, et tumescere facit corpus quia non educitur. Esset 15

R. 20, 24 molynsis] molimpsis R. 28 difficiliori] faciliore R.

1, 12 molynsim] molimpsis R. 3 molynsis] molimpsis R. 10 agens] in marg. R.

8 Arist. Meteor. IV (c.3, 381a 20-1).

13 Ibid.

enim corpus elixatum. Ista caliditas major est quam ut moveat et minor quam ut compleat, et hoc apparet in carnibus porcinis, in quibus cum incomplete digeruntur vix potest figi unguis.

1. Ad rationem in oppositum dicendum quod humor in quantum 20 solutus debet mollificare suum siccum, ut patet in cornu et lignis viridibus; humor tamen non in quantum solutus sed in quantum replet latera corporis et <est> disgregatus non eductus, tumere facit corpus, ideo et durius reddit illud corpus, sicut est si aqua rarefiat in utre clauso per calefactionem; induratur, et in fine findetur si duret 25 rarefactio.

2. Ad aliud argumentum dicendum quod corpus redditur durius per calidum dupliciter: uno modo sicut lutum apud generationem lateris per eductionem humidi et remanentiam sicci, et sic remanet durum. Nam durum est sicci et molle humidi. Alio modo redditur 30 corpus durius sicut dictum fuit in rarefactis humidis non eductis, sicut patet in utre, et declaratum fuit prius. Primo modo argumentum bene concludit. Secundo modo major est falsa.

Quaestio 61a.

Utrum optesis sit a caliditate aliena.

Consequenter quaeritur de optesi, utrum optesis sit a caliditate aliena.

Videtur quod non:

1. Digestio debet esse a calido proprio corporis; sed optesis est 5 digestio naturalis; ergo etc.

In contrarium est litera.

Quaestio 62a.

Utrum elixata possint assari.

Tunc quaeritur utrum elixata possint assari.

Videtur quod non:

1. Quia elixata sunt interius exsiccata, assata humida, ut dixit

18 incomplete digeruntur] sit complete digeritur R. **22** disgregatus non eductus] disgregata non educta R. **23** si] corr. ex quando R. **28** lateris] lapidis R.

Aristoteles prius; ergo etc.

10

In contrarium est litera. Et arguitur: elixata exterius sunt humida; quae possunt permutari exterius in siccitatem per caliditatem in sicco, talia possunt assari; sed elixata possunt <ex> huiusmodi fieri huiusmodi, scilicet permutari ab humiditate in partibus exterioribus in siccitatem; ergo etc. Major patet prius in litera.

15

Quaestio 61b.

Ad primum dicendum quod optesis est in artificialibus et naturalibus; nomen tamen convenit 'optesis' in quantum est in artificialibus; ideo sub ista proprietate Aristoteles diffinivit.

1. Per hoc solvitur argumentum.

Quaestio 62b.

Ad aliam quaestionem dicendum. Videtur quod ea quae ponuntur ad ignem in sicco post elixationem [videtur quod] non sint assata nec elixata quia sunt sicca exterius et interius. Ita videtur. Dicendum tamen quod elixata possunt assari quia possunt permutari ab humido in siccum per calidum in sicco, sicut dicit una ratio. Aliqui obviant hoc, quod ratio non concludit nisi quantum ad partes exteriores. Nam interius sunt sicca. || Et ipsi forte verum dicunt.

f92ra

1. Ad rationem in oppositum dicendum quod assata post elixationem possunt esse humida post assationem quia in elixatione interius non fuerant penitus exsiccata, immo remansit humidum quod rarefit cum assantur ista et remolliuntur interius. Et si ponas quod elixentur quantum possunt ita quod non remanet interius nisi humidum continuans, dicam tibi quod non poterunt elixata talia assari, immo nec sunt assata nec elixata.

12 exterius] exteriori R per caliditatem *add. et exp.* R.

10 Arist. Meteor. IV (c.3, 381a 29-30).

11 Ad verbum non invenitur. Forsan ex ancipiti translatione Meteor. IV (c.3, 381a 24-7). **15** Ibid. IV (c.3, 381a 29-30). **18** Cf. Ibid. IV (c.2, 379b 12-17).

20-4 Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 1,25 (ed. Jammy II, 167 a-b).

27-30 Cf. ibd.

*Quaestio 63.**Utrum laborantibus conveniant assata.*

Consequenter quaeritur utrum laborantibus conveniant assata.

Videtur quod non:

1. In quibus est consumptio et deperditio multi caloris et spirituum calidorum, eis non competunt difficile digestibilia; in laborantibus et manibus victum quaerentibus est hoc; ergo etc.

In contrarium est litera. Et arguitur: in quibus calor est fortis, eis conveniunt dura et difficile digestibilia, quia calor convertit mollia in fumum et vaporem; sed laborantes habent fortem calorem; ergo etc.

Dicendum quod laborantibus magis conveniunt assata. Digestio autem artificialis fit ut naturalis magis possit compleri. Assata autem sunt cruda aut male digesta sunt, et in laborantibus multum est intensus calor digestivus. Ideo non debent eis subtilia et de facili digestibilia ministrari quia converterentur in fumum et vaporem et non nutrent. Ideo laborantibus assata magis conveniunt quam 15 elixata.

1. Ad argumentum dicendum: quod in eis <est> multa deperditio caloris et humidi, verum est; tamen motus reddit corpus calidum et segregans bene est distinguendo subtile nutrimentum a grosso et convertens in membrum. Ecce quod calor generatus per motum 20 regenerat quicquid amittebatur in labore.

*Quaestio 64.**Utrum philosophantibus, scilicet studentibus, conveniant assata vel elixata.*

Consequenter quaeritur utrum philosophantibus conveniant assata vel elixata, scilicet studentibus.

4 difficile] de facili R. 12 digestivus] digestus R. 15 elixata] elixa R. 20 quicquid] prius *add. et exp.* R. amittebatur] admittebatur R.
2 vel] et R. 6 catarrhi] catarris R. 7 abundantia] habundantia R. 10 eos] eas R. 15 somno] sompno R.

1 sqq. Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 1, 25 (ed. Jammy II, 167b).

6 Ex ancipiti translatione Meteor. IV (c.3, 381a 30-1): »Et opus est manu artificum maius assare quam elixare«. Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 1, 25 (ed. Jammy II, 167a).

1-6 Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 1, 25 (ed. Jammy II, 167b-168a).

Videtur quod assata:

1. Quibuscumque in capitibus est magnus calor et intensus in cerebro, eis non conveniunt tenera et vaporativa de facili, quia inde 5 causarentur catarrhi et aliae aegritudines; philosophantibus contingit hoc, unde et sanguinem emittunt saepe aliqui de capite in abundantia; ergo etc.

Contra, quibuslibet calor digestivus debilis est, non conveniunt eis dura; in philosophis est hoc; nam apud cogitationem deserit eos calor 10 et fit pauca conversio nutrimenti in eis; ergo etc.

Dicendum quod philosophis non competunt assata sed potius elixata, quia apud actionem virtutum animalium impediuntur actiones virtutum naturalium. Istae enim virtutes sese impediunt. Hinc est quod in somno magis vigent nutritivae particulae, quia cessant 15 virtutes animales. Philosophantes parum revocantur ab opere virtutum animalium; ideo debilitationem habent in virtute digestiva. Et item, apud multam cogitationem ascendit ad eorum capita sanguis et calor et desertus remanet locus digestionis. Ideo eis conveniunt elixata. 20

1. Ad argumentum dicendum quod licet elixata sint magis evaporabilia quam assata, quia tamen calor in studentibus qui digerere debet est debilis, ideo non vincit cibum usque ad evaporationem.

Quaestio 65.

Utrum assata possint elixari.

Consequenter quaeritur utrum assata possunt elixari.

Videtur quod sic,

1. Quia sunt interius plena humiditate quae potest educi per calidum in humido ad siccitatem mutando; quae talia sunt possunt elixari; ergo <etc.> Prima patet quia remolliri possunt partes exteriores 5 assati per humidum circumnatans.

In contrarium est litera.

Dicendum est quod assata non possunt elixari quia partes exterior-
f92rb res||durae sunt per calidum educens suum humidum, et interius est
 10 conclusum humidum quod non potest educi per calidum elixans.

1. Et ad argumentum quod est recte contra istud dicendum quod
 partes exteriores sunt exsiccatae vehementer et pori clausi sunt per
 calidum coarctans; ideo non patet aditus humido exteriori grosso et
 corpulento; ideo non remolliuntur vel vix et tamdiu possunt esse in
 15 aqua quod <non> mollificabuntur.

Quaestio 66.

Utrum animalia generentur in alvo inferiori vel superiori.

Consequenter quaeritur utrum animalia generantur in superiori
 vel inferiori, ita quod in alvo inferiori vel superiori.

1. Videtur quod in superiori, quia quandoque vomuntur; ergo etc.

2. Item, inveniuntur in hepate ovium; hepar illud est in alvo supe-
 5 riori; ergo etc.

In contrarium est Aristoteles. Et arguitur: talia animalia generan-
 tur ex segregatione putrefactorum, et ipsa fit in ventre inferiori; ergo
 etc.

Ad hoc est dicendum quod vermes generantur in corpore animalis
 10 sub diaphragmate et non supra. Ratio hujus est eo quod in inferiori
 alvo est putrefactio et ideo ibi sunt, quia ex putrefactione generantur.
 Tu dices: in stomacho vel in hepate potest fieri molynsis, et sic fiet

8 elixari] elaxari R. **12** exsiccatae] ex siccitate R. **13** calidum] *corr. ex* humi-
 dum R.

4 hepate] epate R. hepar] epar R. **10** diaphragmate] dyafragmate R. **12**
 molynsis] molempsis R. **14** parum] parvum R. **18** hepate] epate R. **20** mo-

7 Apud Aristotelem non invenitur. Sed cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 1, 25 (ed. Jammy II, 167b).

1 sqq. Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 1, 27 (ed. Jammy II, 168b).

6 Arist. Meteor. IV (c.3, 381b 9-13).

ibi putrefactio, et nonne ibi poterunt animalia generari? Dico quod sic; tamen parum contingit ibi, ideo non hoc dicit Aristoteles. Et sciendum quod post suam generationem bene ascendunt ad ventrem 15 superiorem ut ibi nutriantur, et ideo possunt ejici per vomitum.

1. Per hoc solvitur argumentum primum.

2. Ad secundum dicendum quod vermes inveniuntur in hepate animalis propter duas causas: aut quia generantur in superiori alvo propter molynsim contingentem, aut quia inferius generantur et 20 ascendunt ad ventrem superiorem ut ibi nutriantur, et inde bene evomuntur.

« Passivorum certe humidi et aridi dicendae sunt species ».

Quaestio 67.

Utrum omnia mixta sint ex humido aqueo et sicco terreo.

Consequenter quaeritur utrum omnia mixta sunt ex humido aqueo et sicco terreo.

Et videtur quod non:

1. Omnia quae sunt ex omnibus elementis habent in se proprietates omnium elementorum; omnia mixta sunt hujusmodi; ergo etc. 5

2. Item, dicit Empedocles quod omnia mixta sunt ex octo qualitatibus quattuor elementorum; ergo etc.

In contrarium est Aristoteles in litera.

Dicendum quod Aristoteles vocat mixta esse a dominantis; vocat enim laterem terrae speciem et aurum et argentum aquae speciem, 10 sanguinem vero et lac communia ad utrumque vocat. Ideo, licet qualitas aliorum elementorum sit in mixto – nam et elementa sunt in mixto – tamen dicitur esse principalis ex qualitatibus elementorum

lynsim] molimpsim R.

Arist. Meteor. IV (c.4, 383b 23).

6-7 Fortasse ex Aristotelis De anima I (c.5, 410b 4-7).

8 Arist. Meteor. IV (c.4, 381b 24-5; 382a 3-5).

9-11 Arist. Meteor. IV (c.4, 382a 5-6; c.7, 384a 3-4; 384b 19-20; 384a 16-7; c.10, 389a 7-9).

magis dominantium in ipso. Ideo dicit quod omnia mixta sunt ex
15 humido aqueo <et> sicco terreo.

1.2. Et per hoc solvuntur argumenta.

Quaestio 68.

Utrum generatio mixti ad aequalitatem sit possibilis.

Consequenter quaeritur utrum generatio mixti ad aequalitatem sit
possibilis, scilicet ad aequalitatem in qualitatibus priorum corporum.

Et videtur quod non:

1. Elementa superiora fortiora sunt in qualitatibus activis quam
5 inferiora, et inferiora sunt fortiora in passivis quam superiora; ergo
ad mixti generationem plus oportet advenire de superioribus propter
passionem et plus de inferioribus propter actionem, et hoc est impos-
sibile; ergo etc.

2. Item, quae non agunt et patiuntur inter se, non miscentur; con-
10 traria adaequata sunt hujusmodi; ergo etc.

3. Item, licet aqua et aer possint adaequari, non tamen ignis et aer
per rationem quae primo facta fuit; nam oporteret plus de utroque
advenire; ergo etc.

f92va 4. Item || corpus in quo sunt omnia elementa adaequata non habet
15 motum aliquem naturalem, nec locum nec quietem nec ordinem ali-
quem naturalem ad alia corpora mundi; ergo etc.

Contra, quae miscentur secundum formas quae possunt aequaliter
intendi et remitti possunt convenire ad aequalitatem et constituere
mixtum quia miscentur aequaliter; et corpora passa sunt hujusmodi,
20 quia si calidum remittitur ex termino maximae intensionis ad minus,
necessario venit ad aliquem gradum medium in quo frigido potest
adaequari; ergo etc.

Item, activis et passivis approximatis, necesse est esse actionem et
passionem quamdiu activum est in actu respectu passi et passivum
25 patiens respectu agentis; sed hoc durat quousque sit unum alii com-
plete assimilatum; et hoc non est nisi commiseri possunt; ergo etc.

14-15 Arist. Meteor. IV (c.4, 381b 24-5; 382a 3-5).

1 sqq. Cf. Boethium Dacum, Quaest. de gener. et cor. I qu. 54 (CPhD V, 1, pp. 99-101).

Ad hoc est dicendum quod generatio mixti ad aequalitatem est possibilis et ex parte materiae et formarum contrariarum secundum quas fit mixtio et ex parte formae mixti. Sicut enim materia est in potentia ad omnes formas, scilicet unam intensiorem et aliam remissorem, sic et ad aequales, quantum est de se. Materia enim est quae potest omnia passive. Item, ex parte formarum contrariarum est possibile mixtum ad aequalitatem, quia sicut possibile est formas contrarias aequaliter remitti, ut calidum et frigidum, scilicet utrumque in simili gradu ut tertio modo sit ibi, sic et possibile est eas per totam materiam aequaliter intendi, et sic una forma secum patitur contrariam minus intensam et magis remissam – compatiuntur enim se forma intensa et remissa – ergo adaequatae se compatiuntur. Item, ex parte formae mixti est hoc possibile, quia sicut contrariis quorum unum intensius et aliud remissius transmutantibus se invicem necesse est ire ad actum medium qui non sit alterius illorum, ut calidum et frigidum inter se agentia invicem necesse est venire ad medium, scilicet tepidum, sic contrariis venientibus ad aequalitatem necesse est fieri actum medium qui est forma mixti. Et sic potest esse mixtum ad aequalitatem secundum virtutem miscibilium. 45

1. Ad primam rationem in oppositum dicendum est quod major est falsa; nam ita passibile est [quod] humidum aereum sicut et terreum, et sicut siccum terreum passibile est, ita siccum igneum. Quare enim non? Et sic falsum supponit propositio.

2. Ad aliud dicendum est quod in formis adaequatis est actio et 50 passio, sicut docet sensus. [Et ratio] Et est ratio quae facit hoc scire, quoniam materia conveniens est ad utrumque contrariorum, in potentia ad utrumque, et contrarietas formarum inter se ***. Et sciendum quod quaedam propositio quae solet hic adduci, scilicet quod tantam virtutem habet quiescens in quiescendo sicut movens in 55 movendo, hoc est verum tantum in motu locali.

3. Ratio sequens solvitur sicut prima.

4. Ad aliud dicendum est quod non invenitur mixtum ad aequali-

31 aequales] aequalitas R. 36 forma] so *add. et exp.* R. 56 verum] unum R.

53-6 Cf. *ibd.* I qu. 47b (CPhD V, 1, p. 89, 51-4).

58-9 Averroes, In *Metaphys.* X c.6 (Opera VIII, f. 271 I-L); In *De caelo et mundo* I c.7 (Opera V, f.6 G); In *De gener.* II c.48 (Opera V, f. 389 I-K); *Expositio in IV Meteor.* c.10 (Opera V, f. 469 I). Cf. Algazelem, *Metaphysica* II 3 (ed. Muckle p. 155).

tatem, tamen posse esse tale mixtum non negat Commentator.
 60 Quod si negat, falsum dicit, et rationes ejus procedunt a posteriori.
 Ad primam dicendum est quod si esset mixtum ad omnimodam
 aequalitatem non haberet motum naturalem nec quietem nec
 ordinem in mundo. Sed concessa est aequalitas mixti esse in primis
 65 qualitatibus et non in omnibus qualitatibus, primis et postremis; et
 sic pono habere motum et locum et ordinem in universo. Et impo-
 92vb nentem esse[ndi]] corpus aequale secundum omnem qualitatem non
 arguit motus carentia aut loci, cum non sint de esse corporis.

Quaestio 69.

*Utrum mixtum ad aequalitatem sit corruptibile circumscripto omni
 agente exteriori.*

Consequenter quaeritur, si esset mixtum ad aequalitatem, utrum
 esset corruptibile circumscripto omni agente exteriori.

Videtur quod sic:

1. Habens in se causam suae corruptionis est corruptibile; mixtum
 5 ad aequalitatem habet materiam quae est causa corruptionis; nam
 est qua res potest esse et non esse, ut dicitur 7^o Metaphysicae; ergo
 etc.

2. Item, quod nullam formam sibi determinat nulli privationi
 repugnat; sed materia ens in mixto ad aequalitatem est hujusmodi;
 10 ergo etc. Quod enim nulli privationi repugnat est causa corruptionis
 in eo in quo est.

3. Item, contraria approximata sunt sui invicem corruptiva; in tali
 mixto ad aequalitatem sunt contraria approximata; ergo etc.

4. Item, quod potest minor virtus potest et maior virtus; minus
 15 alterat majus et corrumpit, ergo multo fortius aequale corrumpit
 aequale; ergo mixtum ad aequalitatem est corruptibile.

Contra, forma quae corrumpit aliquid in aliquo subjecto non est
 <in actu> in illo, nisi se in eo generat corrumpendo contrarium;

2 corruptibile] incorruptibile R. **12** contraria] corruptibilia R. **18** nisi] nam
 R cf. Boeth. *Dac. 1.c. p. 102,24.*

1 sqq. Cf. Boethium Dacum, *Quaest. De gener. et cor. I qu. 55* (CPhD V, 1 pp. 101-4).

6 Arist. *Metaphys. VII* (c.7 1032a 20-2).

8 Cf. Boethium Dacum, *Quaest. De gener. et cor. I qu. 4* (CPhD V, 1, p. 12).

omnis forma [quae est] in mixto ad aequalitatem potens esse, est ibi in actu circumscripto <omni agente exteriori>; ergo etc. 20

Item, ubi non potest causari actio et passio ibi non potest causari corruptio; in mixto ad aequalitatem non potest causari actio et passio, ex quo enim una pars est penitus sicut alia, et simile penitus non agit in suum simile; ergo etc.

Item, omnis actio agentis exigit subjectum tale in potentia quale est agens in actu; in mixto ad aequalitatem nulla pars est in potentia respectu alterius, sed quaelibet est in actu sicut alia; ergo hic non potest esse actio circumscripto agente extrinseco; essent enim partes talis mixti sicut sunt partes ignis vel alterius corporis unigenici; ergo etc. 30

Item, putrefactio est corruptio mixtorum; in mixto ad aequalitatem non est putrefactio possibilis circumscripto agente exteriori, quia putrefactio est a caliditate aliena; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quod corpus mixtum ad aequalitatem non corrumpereetur circumscripto agente exteriori. Esset tamen corruptibile, quod declarant rationes pro parte ista.

1. Primum in contrarium solutum est quia, licet sit corruptibile corpus tale, non tamen corrumpereetur nisi des corrumpens.

2. Aliud argumentum concedendum; procedit enim de passiva potentia. 40

3. Ad aliud dicendum quod talia solum sunt contraria sui invicem corruptiva quorum unum est in potentia ad aliud; in mixto ad aequalitatem non est una pars in potentia ad aliam, ut visum fuit prius.

4. Ad aliud dicendum est quod minus corrumpit majus quia includit in se contrarium majoris, ut minus calidum includit frigidum; contraria tamen adaequata sunt penitus similia.

Quaestio 70.

Utrum aliqua pars ignis corrumpereetur circumscripto omni extrinseco corrumpente.

Tunc gratia hujus quaeritur de aliqua parte ignis, utrum corrumpereetur si esset hic circumscripto omni extrinseco corrumpente.

Videtur quod sic:

1. Omne corruptibile de necessitate corrumpetur, 1° Caeli et 5 Mundi; et talis pars esset corruptibilis; ergo etc.

2. Item, quod non habet virtutem facientem durationem sibi aeternam tale corrumpitur necessario; pars ignis est huiusmodi; ergo etc.

Contra, in corpore simplici non est possibilis corruptio sine generatione; non enim fit extra suam formam sine agente generante contrarium impossibile cum forma prius habita; nunc autem hic **f93ra** excluditur||omne agens extrinsecum; ergo etc.

Item, omnis transmutatio exigit motorem differentem a suo subiecto et suis terminis; hic exclusum est omne agens exterius; ergo etc.

15 Ad hoc est dicendum quod pars ignis existens hic numquam corrumpetur nisi esset corrupens exterius quia omne quod est aequale respectu formae ignis et ejus privationis non determinatur ad alterum nisi per extrinsecum agens, et hoc circumscriptum est. Materia formam nec privationem sibi determinat, quia ipsa est inde- 20 terminata; nec forma, quia nihil se corrumpit; nec privatio, quia terminus non agit transmutationem cuius est terminus.

1. Ad rationes dicendum, ad primam quod duplex est corruptibile: quoddam quod habet in se principium activum et passivum suae corruptionis, et tale necessario corrumpetur. Aliud non habet nisi 25 passivum et tale non necessario corrumpetur.

2. Ad aliud dicendum est quod ignis, circumscripto agente exteriori, habet materiam ingenitam et privationem aeternam corruptentis. Ista duo defendunt ipsum a corruptione in aeternum.

Quaestio 71.

Utrum aqua possit areferi.

Consequenter quaeritur circa capitulum de arefactione “quoniam quidem coagulari et areferi etc.”, primo utrum aqua possit areferi.

13 exclusum] exclusus R. omne] omnis R. **28 a]** *corr. ex se* R.
2 coagulari] quo aglari R. areferi;¹⁺²] rareferi R. **4** Arefactio] rarefactio R.

4-5 Arist. De caelo et mundo I (c.12, 283a 27-28).

1-2 Arist. Meteor. IV (c.5, 382b 1).

Et videtur quod non:

1. Arefactio est transmutatio de humido in siccum; aqua autem in se nullam habet siccitatem; ergo etc. 5

2. Item, sicut ignis ad calidum, ita aqua ad humidum; et ignis non frigefit; ergo etc.

Contrarium dicit litera. Et arguitur: hoc potest areferi cujus humidum potest remitti; sed humidum aquae remitti potest; aliter enim non posset misceri; ergo etc. 10

Item, illud potest areferi cujus humidum subtilius actione calidi potest educi; sed humidum subtilius potest educi ex aqua, ut patet cum evaporat per calidum; ergo etc.

Item, quodcumque sic se habent duo quod humidum magis inest per se uni quam alii, si humidum *** potest areferi *** 15 quam reliquum; humidum inest aeri et aquae, et humidum aeris potest exsiccando areferi, cum humidum est essentialius aeri, ut dicitur 2° De generatione; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quod arefactio est in corporibus tribus modis. Uno modo per generationem siccitatis quae prius non erat. 20 Secundo modo per eductionem humidi et remanentiam sicci. Tertio modo per coagulationem factam a frigido, ut est in glacie. Et quartus modus est possibilis per admixtionem sicci alieni. Primo modo simplex aqua bene potest areferi sicut arguit prima ratio, et bene, quia aquae humidum potest remitti. Secundo modo dicit Aristoteles 25 inferius <quod> aqua non arefit; ideo phlegma non coagulatur, quia aqua simplex non habet siccum; ideo non potest generari major constantia in partibus quam prius. Tertio modo dicit Commentator Averroes quod non potest aqua areferi, ut patet 2° De anima per ipsum. Quarto modo non arefit aqua simplex quia, cum arefieret, 30 simplex non maneret.

8 areferi] rareferi R. 9 potest²] posset R. 10 posset] potest R. 12 educi²] duci R. 22 modo] per – areferi (1.23-4) add. et per va . . . cat del. R. 26 phlegma] fleuma R. 29 aqua] terra R.

8 Arist. Meteor. IV (c.5, 382b 10-11).

17-18 Arist. De gener. et cor. II (c.3, 331a 3-6).

25-6 Arist. Meteor. IV (c.7, 384a 1-2).

29 Averroes, In De anima II c.115 (ed. Crawford p. 309).

1. Ad rationem primam patet solutio. Nam illud non arefit secundo modo quod siccum non habet, ut patuit. Ideo hoc modo non arefit aqua.

35 2. Ad aliud dicendum quod non sic caliditas ad ignem sicut humiditas ad aquam. Nam caliditas est propria igni et frigiditas
f93rb aquae, non humiditas; ideo non sequitur conclusio sicut aliqui || dicunt. Sed quod propria sit caliditas igni dicit Aristoteles 2° De generatione. Aliter dicitur quod minor est falsa, dicendo quod ignis potest
 40 infrigidari sustinendo quod ignis est corpus miscibile secundum formam substantialem. Secundum enim formam non est mixtio cujus remissio est totalis corruptio. Est ergo ignis remiscibilis caliditate. Ex hoc patet quod ignis est calidius in ferro quam in ligno, et hoc est cum Commentatore qui vult quod miscetur ignis et intenditur et
 45 remittitur contra Avicennam.

Quaestio 72.

Utrum oleum possit arefieri.

Consequenter quaeritur utrum oleum possit arefieri.

Videtur quod sic:

1. Omne habens humiditatem infusam sibi et incorporatam vel innatam, potest arefieri; oleum habet humidum innatum sibi; ergo
 5 etc.

2. Item, arefactio est transmutatio ab humiditate ad siccitatem; olei humidum potest mutari in siccum; ergo etc.

Contra, cujus humidum est a sicco inseparabile, illud non arefit; in oleo est hoc; ergo etc.

10 Ad hoc est dicendum quod oleum non potest arefieri a calido, sed a frigido tamen de facili. Ratio primi est quia calidum arefacit corpora educendo humidum et relinquendo siccum, et in oleo est maxima tenacitas in partibus; ideo educere humidum non potest calidum,

11 arefacit] rarefacit R. **14** humidum] *post hanc vocem spatium reliquit* R. **17** de]

38 Arist. De gener. et cor. II (c.3, 331a 3-6).

43-4 Averroes, In De caelo et mundo III c.67 (Opera V, f. 227 C-D). Sed cf. Boethium Dacum, Quaest. De gener. et cor. I qu. 53b (CPhD V, 1 p. 98).

unde oportet humidum *** educendo. ideo foetidus est odor olei talis evaporantis et habet corpora colorare quae attingit. Et si dicis: inten-15 datur calor, educetur humidum olei, dicendum quod verum est; educetur humidum et magna pars de sicco. Sed non arefiet oleum, sed corrumpitur. A frigido autem de facili arefit oleum propter multam caliditatem naturalem quam habet. Est enim oleum aere plenum sicut et alia pingua, ideo vincit frigidum valde de facili. 20

1. Ad argumentum dicendum est quod arefit a calido tantum cujus humidum est separabile a suo sicco, sicut lutum; sed sic non est in oleum; nam viscosum est oleum.

2. ***

Quaestio 73.

Utrum siccum possit arefacere.

Consequenter quaeritur utrum siccum potest arefacere.

Et videtur quod sic, quia arefactio est transmutatio ad siccum, et siccum exsiccat; ergo etc.

Item, qualitas quae non reducitur ad qualitatem differentem specie ut ad causam sui est generativa sui similis in specie; siccitas non 5 potest reduci ad qualitatem differentem specie, ut dicitur 2^o De generatione; ergo siccitas exsiccat, et sic [non] arefacit.

1. In contrarium est litera.

Dicendum est quod siccum est arefactivum quia exsiccativum, quia non potest reduci ad qualitatem differentem a se in specie. Ideo 10 generat necessario siccum, ut visum est opponendo.

1. Ad argumentum dicendum quod Aristoteles loquitur hic specialiter de arefactione quae contingit apud coagulationem, et coagulatio vel est a calido vel a frigido. Vel dicendum est quod Aristoteles loquitur de arefactione quae solum contingit corporibus mixtis, et 15 hanc arefactionem causant calidum et frigidum. In simplicibus siccum est causa arefactionis.

s.l. R. arefit] rarefit R. 18 arefit] rarefit R.
9 arefactivum] rarefactum R. exsiccativum] exsiccatum R.

7 Arist. De gener. et cor. II (c.2, 330a 25-9).

8 Arist. Meteor. IV (c.5, 382b 16-18; 22-5).

Quaestio 74.

Utrum frigidum sit per se causa arefactionis.

Consequenter quaeritur utrum frigidum sit per se causa arefactionis.

Videtur quod sic:

1. Coagulata sunt omnia exsiccata et arefacta; ergo quod per se
5 coagulatur per se arefacit; frigidum est hujusmodi; ergo etc.

Contra, omne quod frigidum per se agit reducitur ad ipsum ut ad causam suam; ad frigidum non reducitur arefactio ut ad causam; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quod frigidum non arefacit per se sed per
10 accidens quia siccitas non reducitur ad frigidum, quia non essent
quattuor primae qualitates, ut patet 2^o De generatione. Primae qua-
f93va litates non || reducuntur ad alias, nec una ad aliam.

1. Ad argumentum dicendum quod aliquid potest esse causa alicujus per se et multorum ad ipsum consequentium et coincidentium
15 cum eo erit causa per accidens. Sic est in proposito.

Quaestio 75.

Utrum solum calidum humectet.

Consequenter quaeritur utrum solum calidum humectet.

Videtur quod non:

1. Quod solvit humorem corporis et ipsum educit exsiccatur et non
humectatur; calidum facit hoc, ut patet in lignis viridibus; ergo etc, et
5 etiam in coctione lateris.

2. Item, cujus est humidum subtile convertere in aquosum et corpulentum, ejus est corpora humectare; <frigidi est hoc facere> ut patet in hieme; ergo etc.

3. Item, quod est humidi non est solius calidi; humectare est
10 humidi; ergo etc.

3 Quod] quia R. 4 calidum] corr. ex calorem R. 8 hieme] hyeme R. 22 humidum] corr. ex calidum R.

10-11 Arist. De gener, et cor. II (c.2, 330a 25-9).

Dicendum est quod corpora humectantur quadrupliciter. Aut per solutionem humidi proprii, sicut plumbum et aurum in calore fornacis, et sicut cornu, et talem humectationem facit solum calidum, quia fit <in> eis quae coagulantur a frigido. Et sic intendit Aristoteles. Alio modo humectatur corpus per infusionem humidi alieni, et sic bene humectat humidum. Tertio modo per conversionem humidi subtilis in aquosum, et sic bene contingit frigido humectare. Quarto modo per generationem humidi ubi prius non fuit, et sic fit in generatione.

1. Ad argumentum dicendum est quod calidum solvendo humorem mollificat corpus, sed educendo exsiccat. Unde contingit quaedam habere humidum non educibile, tamen sunt liquabilia, sicut aurum, propter bonam commixtionem humidi cum sicco. Unde bonum aurum non fumat, et signum ejus est, scilicet bonitatis.

2. Ad aliud patet solutio; nam frigidum humectat comprimendo 25 aerem et ingrossando guttas iuxta columnas lapideas in hieme, non autem illo modo <quo> calidum humectat, et calidum solum humectat hoc modo quod solvit humidum.

3. Ad aliud dicendum quod humidum non humectat sicut calidum, immo solum calidum humectat modo qui dictus est. 30

Quaestio 76.

Utrum aquae species coagulari possint.

Consequenter quaeritur de coagulatione. Primo utrum aquae species coagulari possint a calido.

Videtur quod sic:

1. Coagulatio a calido fit educatione humidi et relinquendo siccum; eorum quae sunt aquae species<***.

2. ***> et sic frigidum ad aquae species; ergo, permutatis, sicut frigidum ad terrae species, quas coagulat, ut lutum, sic se habebit calidum ad aquae species; ergo et eas coagulabit.

In contrarium est litera. Et arguitur: quod corrumpit aquae

26 columnas] columnas R. hieme] yeme R.

14 Arist. Meteor. IV (c.6, 383a 1-4).

9 Arist. Meteor. IV (c.6, 383a 6-7).

10 species non coagulat eas; calidum est huiusmodi; cum exsiccat lutum facit ipsum terrae speciem; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quod aquae species non coagulantur a calido quia calidum coagulat per eductionem quasi totius humiditatis et remanentiam siccī. Talia autem non possunt esse aquae species, quia
15 quasi nihil habent de humido. Ponamus tamen quod in corpore sit duplum humidum et dimidium siccum; cum transmutat ipsum calidum consumit humidum et non coagulat donec sit terrae species. Et item, quod liquatur a calido non coagulatur ab eo, quia idem esset causa contrariorum. Sed omnes aquae species quae liquari possunt
20 liquantur a calido; ergo etc.

1. Ad rationem dicendum quod eorum quae sunt aquae species non educitur humidum et remanet siccum ita quod remaneant aquae species. Hoc enim est impossibile sicut docet sensus.

2. Ad aliud dicendum quod verum est quod frigidum coagulat
25 aquae species et calidum aquae, in hoc est simile. Diversitas autem est in hoc, quia frigidum coagulat bene terrae species, quae plus
f93vb habent terrae quam aquae, per compressionem humidi sui; et item calidum ipsum coagulat educendo humidum, et manet terrae species. Cum tamen coagulatur species aquae a calido non manet
30 sub specie aquae. In hoc differt.

Quaestio 77.

Utrum calidum possit coagulare.

Tunc quaeritur de coagulatione facta a calido. Et primo utrum calidum possit coagulare.

Videtur quod non,

1. Quia educit humidum corporis; ergo discontinuat et non coagulat. Si enim educit humidum, discontinuat eo quod siccum habet continuationem per humidum.

2. Item, cuius est movere a centro ad circumferentiam, ejus non est coagulare; calidum est huiusmodi; ergo etc.

3. Item, omne agens subtilians non coagulat quia coagulatio est
10 ingrossatio; calidum est huiusmodi; ergo etc.

11 speciem] species R. **27** compressionem] comprexionem R.

2 coagulare] coagulari R.

In contrarium est litera. Et arguitur: corpus non est durum nisi coagulatum; sed calidum reddit durtiem in corporibus; nam lutum facit calidum durum; ergo etc.

Dicendum est quod calidum habet coagulare terrae species per se. Et via hujus est; nam invenitur humidum et siccum in corpore¹⁵ terreo, et multus humor est ibi. Ideo calidum educens humidum superfluum causat coagulationem ibi; et si continuet et intendatur calidum, sic redditur corpus coagulatum prius incineratum. Si dicis: accidit quod invenit corpus sic dispositum, dico quod accidit sibi pro tanto quia est calor, etsi hoc non inveniret; non tamen ei accidit ut²⁰ Sorti ambulanti solem eclipsari. Calor enim educendo humidum necessario relinquit coagulatum. Sed dicis: calidum numquam hoc faceret nisi [remaneret] corpus ex terra et aqua inveniret. Concedo etiam sic omne agens agere accidentaliter quo ad hoc.

1. Ad argumentum primum in oppositum dicendum est: quod²⁵ habet educere humidum quod impediat coagulationem, hoc coagulat. Quod tamen educit humidum continuans non impediens coagulationem sed continuans, tale non coagulat, sed incinerat.

2. Ad aliud argumentum dicendum quod ejus quod movet a centro ad circumferentiam non est coagulare illud quod movet sic, scilicet a³⁰ centro ad circumferentiam. Ita humidum expirans non coagulat calor, sed nihil prohibet quod residuum coagulari possit.

3. Ad aliud dicendum est eodem modo: cujus est subtiliare ejus non est coagulare, verum est, illud quod subtiliat. Et procedit ratio sicut immediate praecedens; nam residuum potest coagulari. Dices;³⁵ quare non subtiliat siccum remanens? Dico quod tantum potest intendi calidum quod subtiliat etiam siccum illud; talis tamen calor non sufficit ad siccum evaporandum qui sufficit ad evaporandum humidum.

20 est] esset R. **26** impediat] *corr. ex* habet R. **32** possit] posset R.

11 Arist. Meteor. IV (c.6, 382b 31-3 et passim).

20-21 Cf. Arist. De somno et vig. III (c.1, 462b 31-2) et Boethium Dacum, De somniis 75-78 (CPhD VI, 2, pp. 383-4). Cf. etiam Arist. Anal. Post. I (c.4, 73b 12).

*Quaestio 78.**Utrum calidum educat humidum de corpore.*

Consequenter quaeritur utrum calidum educat humidum de corpore.

Et videtur quod non:

1. Eductio humoris de corpore est motus localis; calidi non est
5 movere localiter per se; ergo etc.

2. Item, <illud> cujus proprium est educere humidum de corpore non stat in eodem subjecto cum humore; calidum stat cum humido in eodem subjecto; ergo etc.

3. Item, si calidum educeret humidum de corpore et hic est loci
10 mutatio: et calor non movet nisi ad superius mundi, ergo non esset humidi eductio nisi ad superius mundi; cujus contrarium videmus.

Contra, cujus est putrefacere ejus est educere humorem de corpore; calidi est putrefacere; ergo etc.

Dicendum est quod calor habet educere humidum de corpore. Et
15 sciendum quod calor dupliciter educit humidum de corpore: faciendo humidum leve, et hoc modo calor educit humidum ad sursum
f94ra mundi|| tantum; alio modo rarefaciendo humidum quod est in mixto corpore. Rarefactum habet majus locum quam prius, sicut patet in luto: redditur ejus humor rarior. Licet per impossibile levior non fie-
20 ret, adhuc educeretur quia rarefactum quaerit majorem locum. Et ideo patet in lignis viridibus: patent guttae cadentes ad inferius et superius, et cum non habet locum exitus talis vapor finduntur talia ligna et proiciuntur carbones per ignem dictum.

1. Ad primum argumentum dicendum quod calidum, quia generat
25 leve, ideo generat motum levis ad superius, scilicet motum vaporis. Ideo calor facit hunc motum per accidens, scilicet quia generat motorem.

2. Ad aliud dicendum quod calidum numquam compatitur secum in eodem subjecto nisi humidum quod humidum non potest magis
30 subtiliare, ut calidum aeris non plus potest humidum aeris subtiliare.

3. Ad aliud dicendum quod calidum non plus educit humidum subtiliando <et> levitatem dando, sed rarefaciendo. Ideo educit humidum bene ex omni parte.

Quaestio 79.

Utrum calidum possit corpora coagulare quia educit humidum.

Consequenter quaeritur utrum calidum possit corpora coagulare quia educit humidum.

Videtur quod non:

1. Calidum non potest educere humorem nisi in aliquo subjecto; cum ergo idem est subjectum humiditatis et siccitatis, utrumque⁵ simul educet; ergo subjectum non manet siccum; ergo nec coagulatum.

2. Item, sicut calidum educit humidum de corpore, sic et siccum, ut patet in vaporibus; ergo calidum sicut relinquit residuum siccus, et humidus; ergo non coagulat. 10

In contrarium est litera manifeste.

Ad hoc est dicendum quod calidum, quia educit humorem de corpore mixto, coagulare corpus habet. Cum enim tale corpus terrae species est, humido superfluo ducto, residuum magis constat cum sicco. Nam humidum fluidum superfluum fuit causa fluxus in illo¹⁵ corpore, et redditur, illo exhalato, major nexus in partibus. Ideo coagulatur corpus. Item ulterius, quod si sit corpus ex aqua et terra tale quod suum humidum non potest educi sine sicco, ut tamen semper educeretur per calidum de humido sicut de sicco et e converso, tale corpus non potest coagulari; ideo oleum non potest coagulari quia²⁰ non potest educi suum humidum sine sicco. Ideo inflammabile est et in flamma nutrimentum <est>, et universaliter pingua nutriunt flammam, et multum humida non habent flammam nutrire, quia illud humidum subtile extinguit magis quam nutriat. Et sciendum est quod humidum et siccum vocat proportionaliter educi ut si sit in²⁵ corpore dimidium siccum et duplum humidum, et semper educatur per se dimidia <pars> sicci et dupla humidi, corpus consumetur et non coagulabitur.

8 siccum] siccitas R. **9** sicut] siccum R. **16** exhalato] exalato R. **22** in

11 Arist. Meteor. IV (c.6, 383a 13-19).

1. Ad argumentum in oppositum dicendum quod licet sit idem
30 subjectum sicci et humidi, tamen humidum et siccum improportio-
naliter educuntur; ideo etc.

2. Ad secundum argumentum dicendum est quod humidum
corporis mixti est passibilius ad rarefaciendum et levificandum quam
siccum; ideo educit calidum humorem, siccum relinquendo, et non
35 educit siccum humidum relinquendo. Ideo coagulat calidum humidum
educendo.

Quaestio 80.

Utrum aqua pura possit coagulari a calido.

Consequenter quaeritur utrum aqua pura possit coagulari a
calido.

Et videtur quod sic:

1. Corpus a quo potest educi humidum subtilius, grossiori relicto,
f94rb potest coagulari|| a calido; aqua est hujusmodi; nam exhalatio est
subtilior quam humidum remanens; ergo etc.

2. Item, quae possunt elixari, a calido possunt coagulari; aqua est
hujusmodi, ut dixit prius.

Contra: quae coagulantur a calido, terrae species sunt; aqua
10 simplex non est hujusmodi; ergo etc.

Item, omne coagulatum durius est se non coagulato; sed aqua
pura a calido indurari non potest; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quod aqua simplex non coagulatur a calido
quia non induratur, et coagulata a calido indurantur in fine; durante
15 autem actione caloris, incinerantur. Aqua simplex nec induratur nec
incineratur nec discontinuatur; tamen bene consumitur. Item, coa-
gulata a calido, humidum eorum post decoctionem habet majorem
nexum, ut patet in latere, et in aqua pura non potest hoc esse per
actionem caloris; ergo etc.

20 1. Ad primam rationem in oppositum dicendum quod <humi-
dum> subtilius eductum per actionem calidi aut erat subtilius ante

flamma] inflammat R. 32 est] et R. 36 educendo] generando R.

5 potest coagulari] possit educi R. exhalatio] exalatio R. 10 simplex] in marg.
R. 18 nexum] RPC illegibile quid R^{ac}. 21 subtilius] quod remanet add. et exp. R.

actionem calidi quam illud quod remanet, aut non. Si sic, necesse est quod residuum magis constet in suis partibus, aut etiam coaguletur, sicut est in luto in quo fuit humor subtilior ante educationem quam illud quod oportet. Et idem patet in musto: educitur humor aquosus 25 et redditur residuum magis constans, et impinguatur, quia multum humidum est, et non coagulatur. In aqua non est sic, quia in aqua, tota ante actionem calidi fuit aequaliter subtilis. Si non sit subtilius ergo non oportet quod coaguletur residuum. Vel dicendum est quod non coagulatur corpus cuius humidum subtile educitur nisi cum 30 humido residuo sit siccum quod illud humidum magis faciat constare. Sic non est in aqua.

2. Ad aliud dicendum quod aqua non elixatur proprie. Purgatur enim dupliciter aqua: aut rarefaciendo, et sic partes terrestres resident ad fundum quia non potuerunt prius; aut bulliendo. Nam bulli- 35 endo subtiliatur et ideo est magis tenuis quam cruda.

Quaestio 81.

Utrum corpora humida habentia multam ypostasim in fundo possint coagulari a calido.

Consequenter quaeritur utrum corpora humida habentia multam ypostasim in fundo possunt coagulari a calido.

Et videtur quod sic:

1. Coagulatio facta a calido esteductio humidi aquosi, sicco terrestri relicto; in talibus corporibus est hoc possibile; ergo etc. 5

2. Item, aqua pura non potest coagulari a calido quia non habet terreum siccum; ergo corpora praedicta possunt coagulari quia habent ypostasim quae est substantia terrestris.

Contra, quae per actionem calidi discontinuantur, per actionem calidi non coagulantur; sed corpora praedicta habentia multam ypo- 10 stasim patiuntur hoc; ergo etc.

Item, coagulata a calido terrae species sunt; talia corpora praedicta non sunt hujusmodi; ergo etc.

Dicendum quod corpora quae habent ypostasim multam non sunt coagulabilia a calido ipso quia habent multam subtilitatem et non 15

ante] aut R. 24 humor] calor R. ante] aut R. 30 nisi] in marg. R. 35 potuerunt] poterunt R. 36 cruda] crudo R.

16 densa] dempsa R. 17 urina] corr. ex. videtur R. 22 non fit] quando sit R.

sunt viscosa et densa. Quod patet quia non possunt descendere partes terrestres ypostasis, ut patet in urina. Ideo oleum non habet ypostasim. Habent ergo humidum subtile corpora ypostasim habentia, et tale humidum est multum passibile et ideo totum educitur et relinquitur ypostasis discontinuata.

1. Ad primum in oppositum dicendum quod argumentum procedit si remaneret siccum continuatum, quod non fit in talibus; ergo etc.

2. Ad aliud dicendum quod non est tota causa quia aqua non coagulatur, scilicet carentia sicci, sed non coagulatur quia non habet siccum continuatum vincens humidum. Ideo non valet ratio.

Quaestio 82.

Utrum frigidum possit coagulare.

Consequenter quaeritur utrum frigidum possit coagulare.

Videtur quod non:

1. Cujus est corpus pulverizare et discontinuare, ejus non est coagulare; sed frigidum pulverizat corpora; ergo etc. Major patet de se. Minor patet de terra apud vehementem frigiditatem quae in superficie incineratur et in nivibus quae cadunt in magnis frigoribus.

In contrarium est litera. Et arguitur: cujus est coagulare homogenea et heterogenea constringendo, ejus est coagulare; frigidum est hujusmodi; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quod frigidum potest coagulare omnia corpora habentia humidum aqueum multum cum sicco terreo.

1. Ad rationem dicendum quod frigidum incinerat per accidens expellendo calidum a corpore mixto, quod calidum secum ducit humidum et discontinuat corpora.

Quaestio 83.

Utrum aqua simplex possit coagulari a frigido.

Tunc quaeritur utrum aqua simplex possit coagulari a frigido.

7 homogenea] omogenea R. 8 constringendo] in marg. R.

7 Arist. Meteor. IV (c.6 passim; e.g. 382b 31-3; 383a 13-14; c.7, 384a 8-9).

Et videtur quod non: passiones hic traditae corporum mixtorum sunt; aqua simplex non est hujusmodi; ergo etc.

Item, coagulata a frigido aquae species sunt; sed aqua pura non est aquae species, sicut nec terra simplex terrae species est; ergo etc. 5

Item, coagulatio a frigido est compressio humidi corporis in suum siccum; sed aqua simplex siccum non habet. Ad idem est Commentator.

1. Contra: propter quod unumquodque tale, et illud magis; omne coagulabile a frigido coagulatur propter aquam; ergo multo fortius et 10 aqua.

Ad hoc est dicendum quod aqua simplex non est coagulabilis nec a calido nec a frigido, cum non sit corpus mixtum. Mixtis autem debetur talis passio, ut argutum fuit. Et item, aqua simplex non habet siccum; ergo etc. In hoc etiam consentit Averroes, et etiam 15 concedit quod aqua simplex caleferi non potest. Rationem tamen sui dicti non ponit.

1. Ad rationem in oppositum, cum dicis “propter quod unumquodque etc.”, dico quod si “propter” dicat causam sufficientem, concedo propositionem. Humidum aqueum non est sufficiens causa coagulationis, immo siccum est ad hoc necessarium; humidum enim per se non coagulatur, nec siccum per se.

Quaestio 84.

Utrum ferrum possit liquari a calido.

Consequenter quaeritur de liquatione, et primo de liquatione facta a calido, et primo utrum ferrum possit liquari a calido.

Et videtur quod non:

1. Cujus est exsiccare educendo humorem, ejus non est liquefacere, et liquefacere non est sine humido; calidi est hoc; ergo etc. 5

2. Item, ferrum coagulatum est siccum et durum, sed liquefactio non est sine humectatione magna; sed calidum non humefacit; ergo etc.

7 Averroes, Summa in IV Meteor. (Opera V, f. 465 E, 466 F-G).

9 Cf. Arist. Anal. Post. I (c.2, 72a 25).

15-17 Averroes, In De anima II c. 115 (ed. Crawford, p. 309).

3. Item, corpora quae sunt plus terrae quam aquae non liquantur
10 a calido, ut lignum; sed ferrum est plus terrae quam aquae, ut dixit
prius; ergo etc.

In contrarium est litera de plano. Et arguitur: omne corpus quod
per actionem calidi potest reddi fluidum et humidum et liquidum
potest a calido liquari; ferrum potest esse huiusmodi; ergo etc.

15 Dicendum est quod ferrum potest liquari a calido. Corpus enim
quod tantum habet de humido quod sit multum et apud actionem
calidi non est multum educibile, immo bene commixtum illud humi-
dum sicco et oportet quod tantum sit illud humidum quod possit
f94vb facere effluere suum siccum, ista tria exiguntur ad hoc quod corpus||
20 aliquod liquefiat. Propter primum later non est liquabilis quia valde
parum habet de humido. Propter secundum ligna viridia non sunt
liquabilia quia suum humidum de facili educitur extra corpus ligni.
Sic non est in auro nec argento; ideo fumum non reddunt sicut ligna.
Propter tertium cornu non liquatur a calido quia non habet tantum
25 humidum quod possit vincere suum siccum ut effluat illud siccum.
Ferrum autem habet multum de humore et bene commixtum suo
sicco; ideo non fumat et dominatur ejus humidum super siccum et
facit illud effluere. Et sciendum quod quanto plus est de scoria in
ferro tanto minus est liquabile et de difficiliore. Est enim terra scoria,
30 ideo non liquabilis. Quod sit terra patet; nam residet puro ferro sicut
terra aquae.

1. Ad argumentum patet solutio; nam bene procedit quantum est
de calido agente, sed omittit alias causas quae sunt in ferro quae
impediunt educationem humidi quam facit calor quantum potest.
35 Ideo non valet. Bona enim commixtio humidi cum sicco repugnat
evaporationi.

2. Ad aliud argumentum dicendum quod omnia corpora coagulata
a frigido sunt accidentaliter sicca, sicut patet de glacie et auro et
aliis. A calido coagulata sunt essentialiter sicca, ut later. Ergo in istis

14 ferrum] *corr. in marg. ex calidum R.*

10-11 Arist. Meteor. IV (c.6, 383a 26-32).

12 Ibid. (c.6, 383a 32-3).

resolvit calidum humidum; in coagulatis a frigido resolvit calidum 40 humiditatem.

3. Ad aliud dicendum est quod corpora in quibus est magna excellentia terrae super aquam non sunt solubilia a calido, sed tamen <si> sit pauca conceditur propositio major et falsa est minor. Tu dicis quod solutio non est sufficiens. Dico quod immo, si inspiciatur. 45

Quaestio 85.

Utrum calidum possit convertere ferrum in chalybem.

Consequenter quaeritur utrum calidum possit ferrum convertere in chalybem.

Videtur quod non:

1. Quod tollit ferro causam duritiae non convertit ipsum in chalybem, quia chalybs excedit ferrum in duritie; sed calidum est hujus-5 modi, nam tollit ferro scoriam quae est terrena et sicca; et frequens liquefactio ferri tollit magis de scoria; ergo etc.

2. Item, species metallorum non possunt transmutari, ut dicit Avicenna inferius; chalybs videtur alia species quam ferrum; ergo etc.

In contrarium est litera “sed non frequenter fit chalybs quia fit 10 magna deperditio”. Et arguitur: ferrum emundatum bene a scoria est chalybs; sed calidum potest bene emundare ferrum a scoria; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quod ferrum potest converti in chalybem quia ferrum multum habet de scoria. Ferrum enim penitus emundatum est chalybs. Ferrum enim purum est aquae magis quam scoria. Terrena est scoria et non potest descendere a ferro nisi ferrum solvatur, quia totum coagulatum est. Si tamen solvatur ferrum, scoria suo pondere stat ad inferius et est factio chalybis per multi purgamenti educationem. Et sciendum quod ante generationem chalybis fuit mala 20

2 chalybem] calibem R. 4 convertit] corr. ex est R. chalybem] calibem R.
 5 chalybs] calibs R. 9, 10, 12 chalybs] cauplis R. 12 calidum] corr. ex ferrum R.
 14 chalybem] calibem R. 16 chalybs] cauplis R. 19 factio] facta R. chaly-
 bis] caplis R. 20 chalybis] calibis R. mala] malo R. 24, 25 chalybem] cali-

8-9 Avicenna, De congelatione et conglutinatione lapidum. Appendix ad Meteor. IV (ed. Holmyard & Mandeville p. 54).

10 Arist. Meteor. IV (c.6, 383a 33- b 4).

commixtio humidi cum sicco, quia fuit in sicco valde grossum quod est scoria. Sed cum educitur illud terreum apud emundationem contingit fortis nexus partium humidarum et siccarum, et ex hac causa frigido circumstante contingit chalybem mirabiliter indurari.

25 Unde artifices chalybem liquatum ad gradum intingunt aquae frigidae ut magis induretur chalybs.

f95ra 1. Ad argumentum|| dicendum quod calidum non tollit totam causam duritiae in generante chalybis sed dat ei majorem, ut visum est satis. Et sciendum quod artifices solent mollificare chalybem
30 faciendo in modum semicirculi chalybem, et perforant chalybem non usque ad alteram partem, et tunc infundunt plumbum et liquefaciunt chalybem quousque liquefiat plumbum. Et hoc faciunt multotiens, et semper chalybs sugit plumbi humidum quousque reddunt plicabilem chalybem.

35 2. Argumentum aliud solutum est quia chalybs est species ferri.

Quaestio 86.

Utrum cornu possit liquari a calido.

Tunc quaeritur utrum cornu potest liquari a calido.

Videtur quod sic:

1. Illud quod potest mollificari a calido debili potest liquari a forti; sed cornu est huiusmodi; ergo etc.

5 2. Item, non est causa, ut videtur, quod cornu non liquatur nisi quia est terrae plus quam aquae. Et ista causa non valet; nam ferum liquatur quod est magis terrae; ergo etc.

Contra: quod per actionem calidi potest exuri et fieri corpus
10 †liquidum† non potest liquari; cornu est huiusmodi; ergo etc.

Dico quod cornu non potest liquefieri quia non habet humiditatem sufficientem ad hoc ut faciat effluere suum siccum. Tamen humidum

bem R. 26 chalybs] caplis R. 28 chalybis] calibis R. 30, 32 chalybem] calibem R. 33 chalybs] caplis R. sugit] suggit R. plumbi] corr. ex. plumbum R. 34 chalybem] corr. ex. calidum R.
6-7 ferrum] terra R.

29-34 Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 2, 9 (ed. Jammy II, 180a) qui ad Nicolaum Peripateticum in alchemicis hunc locum refert.

multum habet, quod concluditur ex sua mollificatione; est enim molle humidi.

1. Ad argumentum dicendum quod major est falsa. 15

2. Ad secundum argumentum dicendum quod in cornu est causa non liquefactionis magna excellentia terrae super aquam; sic non est in ferro; ideo etc.

Quaestio 87a.

Utrum later possit liquari.

Consequenter quaeritur de liquatione facta ab humido in coagulatis a calido. Primo, utrum later possit liquari.

Videtur quod sic,

1. Quia quae coagulata sunt a calido sicco poterunt liquari a frigido humido; et later est hujusmodi; ideo etc. 5

2. Item, omne corpus coagulatum a calido sicco habens poros per quos humidum frigidum ingrediatur potest liquari ab humido; sed later est hujusmodi; nam habet necessario poros per quos humidum luti exspiravit.

In contrarium est litera. 10

Quaestio 88a.

Utrum lapis molaris sit solubilis per humidum.

Cum hoc quaeritur utrum lapis molaris sit solubilis per humidum.

1. Et videtur quod sic, quia potest humectari multum; nam materia sua est in potentia ad omnem formam.

In contrarium est litera.

Quaestio 87b.

Ad primum est dicendum quod later non potest liquari ab humido 15 quia humidum non potest ingredi laterem, cum sit humidum com-

12 potest] possunt R. **36-7** conservat] corpus *add. et exp.* R.

10 Arist. Meteor. IV (c.6, 383b 11-12). Cf. *ibd.* (c.7, 384a 33- b 1).

14 *Ibd.* (c.6, 383b 11-12).

plementum humidi aquae, et pori sunt stricti in latere. Cujus causa est quia humor eductus de latere fuit multum subtilis; et hujus causa fuit calidum vehemens subtilians. Ideo dixit Aristoteles quod minores sunt pori lateris spatii aquae. Si ista subtilietur aqua, tantum quod ingrediatur laterem cum humido, nonne liquefacit laterem? Dicendum quod humidum illud esset calidum et leve et non movetur in corpus lateris, sed ad superius mundi.

1. Ad argumentum primum dicendum quod intentio Aristotelis et veritas est quod coagulata a calido sicco, supposito quod sint solubilia, non solvuntur nisi ab humido frigido.

2. Ad aliud argumentum dicendum est quod later non habet poros per quos frigidum humidum possit ingredi.

Quaestio 88b.

Ad aliud quod quaeritur dicendum quod lapis molaris non solvitur ab humido. Nam idem est corpus habere et non habere poros inter quos interceptur corpus valde durum, sicut partes terrae combustae. Ideo lapides molares non solvuntur. Talia enim corpora habent in suis poris intercepta.

1. Ad argumentum dicendum quod minor est falsa et non conclusit, quia liquatio debet conservare corpus liquabile in sua specie. Transmutatio vero facta in prima materia ad liquefactionem non conservat subjectum corpus liquabile in sua specie; ideo etc.

Quaestio 89a.

Utrum omne corpus possit impinguari.

Consequenter quaeritur de impinguatione. Primo quid sit. Secundo utrum omne corpus possit impinguari.

Et videtur quod sic,

1. Quia si illud quod minus videtur inesse inest, et illud quod magis; et minus videtur quod aqua impinguetur quam aliud liquidum; et tamen impinguetur. Nam potest rarefieri a calido et coagu-

34 et hic sequitur abbreviatio quam scriba ita indistincte correxit, ut certe interpretari non liceat. Haud scio an pro voce ratio aliud quid (ergo?) substituere voluerit.

4 et] s.l. R. **6-7** coagulari] corr. ex impinguari R. **10** medium] e contra inter

lari a frigido. Tale tamen dicit aliquid incoagulatum. Pingue est medium. Et inter coagulata minus videtur later impinguari, et ideo potest later impinguari per dictam rationem. Quia tamen dicit aliquando incoagulatum inter quae pingue est medium; ergo etc. 10

2. Item, quod later potest impinguari patet quia potest resolvi oleum lateritium quo utuntur medici; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quod impingatio est constantia et permixtio humidi aerei in aquosum et utriusque in siccum terrestre subtile valde. Et ideo corpora pingua quia multum habent aeris, scilicet 15 humidum, calidum et subtile, ideo sunt nutrimentum flammae. Vapor enim adustus in quo stat flamma debet habere humiditatem et caliditatem et siccitatem. Et pingua sunt talia. Et cum hoc sunt levia; ideo supernatant aquis. Et sciendum quod propter jam dicta quod quia aqua non habet humidum aereum ideo non potest impin- 20 guari; et sic de aliis. Item, calida multum corpora non impingantur, scilicet cholericum, quia calidum educit humidum aereum magis quam permisceat aqueo humido et terrestri sicco. Phlegmatici vero impingantur quia habent calorem majorem quam si humidum aereum et aqueum et siccum terreum non permisceat et minorem quam ut 25 educat.

Quaestio 90a.

Utrum impingatio causetur a calido vel a frigido.

Consequenter quaeritur a quo causatur impingatio. Videtur quod a calido quia est calida in sua complexione, et tale debet causari a calido. Maior patet quia pingue est nutrimentum flammae et est aereum. 30

Item, secundum Isaac humectiosa sunt calida in secundo gradu.

Item, illud quod causatur ex bonitate tertiae digestivae est calidum quia caliditas viget ibi; sed pinguedo ex hoc causatur; ergo etc.

coagulata minus videtur *add. et per va . . . cat del. R.* 22 cholericum] collericum R. 23 phlegmatici] fleumatici R. 24 si] se R.

11-12 Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 2, 8 (ed. Jammy II, 178a).

31 Locus non inventus.

35-8 Johannitius (Ishaq ben Honein), Liber Hisagoge ad Tegni Galieni, De modis qualitatum corporis (Venetiis 1500 per Johannem et Gregorium de Gregoriis, s.p.).

35 Item, dicit Johannitius quod modi corporum quinque sunt: pinguedo, macies et attenuatio, et sunt etiam alii modi quos enumerat, de quibus nihil ad propositum. Et dicit quod pinguedo causatur ex calido infuso.

Contra, quod in animali causatur circa membra frigida, scilicet
40 intestina et umbilicum, est frigidum; sed pinguedo est huiusmodi; ergo etc.

Item, illud quod magis abundat in frigido animali quam <in> calido est causa frigida; sed pinguedo est huiusmodi; sunt enim mulieres pinguiore viris et phlegmatica aliis; ergo etc.; ut apparet in
45 porcis.

Quaestio 89b.

Ad quaestionem primam, quando quaeritur utrum omne corpus possit impinguari, dicendum quod non omnia corpora impinguantur, sicut corpora quae siccum terrestre non habent non impinguantur||; ideo aqua non impinguatur. Item, si habet corpus siccum ferrestre et
50 non humidum aqueum, non impinguatur; ideo cinis non impinguatur. Item, habens siccum terrestre et humidum aqueum non impinguatur nisi sit cum hoc humidum aereum.

1. Ad argumentum: dicendum est ad probationem cuiusdam propositionis quod medium inter coagulationem et liquiditatem non est
55 pinguedo, sed est ista sua constantia quaedam major ingrossatio; ideo falsum sumebatur.

2. Item, dicendum est quod later non impinguatur, licet ex eo resolvatur oleum. Et talis eductio est attenuatio lateris, sicut dicunt alchymistae quod ex omni corpore mixto potest resolvi oleum et
60 nitrum et aurum.

Quaestio 90b.

Ad aliam quaestionem, quando quaeritur a quo causatur pinguedo, dicendum est quod in corpore animalis est duplex pinguedo:

42 abundat] habundat R. 44 phlegmatica] fleumatica R. 59 alchymistae] archimiste R. 61 a quo] corr. ex. utrum R. 62 duplex] corr. ex. dicendum R.

58-60 Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 2, 8 (ed. Jammy II, 178a).

quaedam quae est magna carnositas et inter partes lateris carnis, et etiam ex calido materialiter, quia est ex bono sanguine multum humido et siccum habente terrestre et caliditatem habente, et item 65 effective est a calido convertente et coagulante. Item est alia pinguedo causata ex sanguine liquido et aquoso, et est alba, tenuis et liquida ante coagulationem, et est ex paucis calido materialiter, scilicet sanguine aquoso, et est a frigido effective coagulante, et est in membris exterioribus et frigidis frequenter. Et per hoc argumenta 70 patent; procedunt enim in suis viis.

Quaestio 91.

Utrum oleum possit impingui a calido et a frigido.

Consequenter quaeritur utrum oleum possit impingui ex calido et frigido.

Videtur quod non:

1. Quia unus effectus non provenit ex causis contrariis.
2. Item, pinguedo est constantia humidi aerei in aquosum, sed 5 utriusque in siccum terrestre; sed calidum evaporat humidum aereum; ergo impedit impinguationem in oleo.
3. Item, frigidum impedit humidum aereum et corrumpit, quia subtile corrumpitur a frigido ingrossando.

In contrarium est litera.

10

Ad hoc est dicendum quod oleum potest impingui a calido et frigido. Et sciendum quod siccum terrestre debet esse multum subtile; ideo plantae non sunt pingues. Frigidum ergo, quia potest ingrossare humidum aereum in aqueum et aqueum in siccum terrestre et ista permiscere, [et] ideo impingui potest oleum. Et calidum 15 subtiliat siccum terreum et immiscet aqueo humido et humidum aqueum subtiliat et immiscet aereo; ideo calidum impinguit oleum evaporando superfluum <humidum>.

16 subtiliat] subtiliet R.

10 Arist. Meteor. IV (c.7, 383b 23-4).

1. Per hoc solvitur prima ratio. Nam non est effectus unus ex contrariis causis eodem modo agentibus.

3. Ad aliud dicendum quod frigidum non ex toto corrumpit humidum aereum.

2. Item, nec calidum educit totum humidum aereum, immo solum superfluum. Aliter enim non impingueret oleum.

Quaestio 92.

Utrum illa quae sunt aquae magis conglutinari et coagulari possint a calido.

Tunc quaeritur utrum illa quae sunt aquae magis conglutinari et coagulari possint a calido.

Et videtur quod sic:

1. Lac est magis aquae, et conglutinatur a calido; ergo etc.

5 2. Item, conglutinatio fit a calido, humido educto et relinquendo siccum; in eis quae sunt magis aquae est hoc possibile; ergo etc.

In contrarium est litera.

Ad hoc est dicendum quod quae coagulantur a calido sunt terrae multae et sicci multi, ut lateres. Aquae multum corpora non sunt
10 multum sicci; ergo a calido non coagulantur. Item, omnia corpora
f95vb coagulata non sunt liquida; omnia corpora aquae magis existientia sunt liquida nisi a frigido coagulata. Corpus autem liquidum non potest actione calidi fieri coagulatum, ut urina et vinum, et sic de aliis.
15 Urina autem totaliter potest consumi a calido, non autem coagulari.

1. Ad argumentum dicendum quod lac, quantum ad illud quod est in eo aquae magis, non coagulatur a calido – serum enim non coagulatur a calido – sed quantum ad illud quod est terrae magis, sicut quantum ad substantiam caseatam.

20 2. Ad aliud dicendum est quod cum coagulatur corpus a calido non remanet aquae, immo fit species terrae. Et hoc patet in latere.

Quaestio 93a.

Utrum sint aliqua corpora quae simul coagulantur a calido et frigido.

Consequenter quaeritur utrum [corpora] sint aliqua corpora quae simul coagulantur a calido et frigido.

Videtur quod non:

1. Quia coagulatum a frigido solvitur a calido, et e converso, ut dictum est in litera. 5

2. Item, quod coagulatur a frigido, humidum aquosum est vel aquae species, sed coagulata a calido humido privantur – exhalavit enim – ergo etc.

In contrarium dicit litera.

Quaestio 94a.

Utrum in coagulatis ab utroque, scilicet calido et frigido, potest incipere astante frigido et postmodum completur a calido coagulatio.

Tunc quaeritur utrum in coagulatis ab utroque, scilicet calido et 10 frigido, potest incipere <frigido> astante, et postmodum completur a calido coagulatio.

<Videtur quod sic:

1. ***
2. ***>

15

In contrarium est litera. Et arguitur: quod habet calidum solvere, non coagulat; coagulata a frigido solvit <calidum>; ergo etc.

Quaestio 95a.

Utrum coagulata ab utroque sint insolubilia et non alia.

Tunc quaeritur utrum coagulata ab utroque sint insolubilia et non alia.

Videtur quod non, quia crystallus et carbunculus non liquantur; 20

1 sint] sicut R. **7** exhalavit] exalavit R. **20** crystallus] cristallus R. liquan-
tur] liquatur R. **22** calido] corr. ex. frigido R. **23** Crystallus] cristallus R.

5 Arist. Meteor. IV (c.6, 382b 33- 383a 4).

9 Ibid. (c.7, 384b 6-7).

16 Ibid. (c.7, 384b 7-8).

tamen coagulata sunt a frigido. Dices quod coagulata sunt primo a calido, et complentur a frigido. Contra: quae sunt aquae magis non coagulantur a calido manentia aquae magis; ergo etc. Crystallus enim perspicua est; ergo non est terrae magis.

Quaestio 93b.

25 Ad primum est dicendum quod coagulata possunt esse a calido et frigido; et sunt insolubilia quia calidum non solvit nisi coagulatum a frigido, nec e converso. Calidum non solvit ipsum quod ipsum coagulat.

1. Ad argumentum dicendum quod coagulatum ab uno solvitur
30 ab alio, non coagulatur ab utroque, et non potest coagulatio compleri per calidum incepta a frigido. Et ita deberet argumentum concludere.

Quaestio 94b.

Ad aliam quaestionem dicendum est quod coagulatio ab utroque incipit a calido.

35 1. Sed dices; later coagulatur a frigido primo et post a calido. Dicendum quod hoc non fieret nisi solutio interveniret. Cum enim later ponatur in fornace, remollitur et destruitur coagulatio facta a frigido.

2. Ad aliud dicendum quod coagulata a calido possunt compleri
40 a frigido. Tu dices quod sicca sunt, ergo etc. Dicendum quod calor educens humidum talis corporis relinquit aliquid humoris vaporabiliter dispersum in fine suae educationis, et superveniens frigidum coagulat. Hinc est quod de novo coagulata a calido sunt mollia, sicut panis. Et si dicas quod <si> perseveret calor et nihil relinquit de
45 humido non coagulatur a frigido, concedo.

Quaestio 95a bis.

Utrum coagulata a calido, deinde a frigido, sint dissolubilia.

Consequenter quaeritur utrum coagulata a calido, deinde a frigido sunt dissolubilia.

Videtur quod sic, quia habent poros per quos humido ingredienti patet via; ergo etc. Dices quod verum concludit argumentum si
5 tantum esset coagulatio a calido; <tunc> haberent poros. Et frigi-

dum superveniens poros clausit per viam constrictionis. Et hoc est manifestum, tamen modum cognoscere non est facile. Forte per condensationem; movet enim localiter frigidum minorando et constringendo. Si sic respondeatur, contra: coagulata a calido sicca sunt|et ¶96ra dura; sed frigidum non claudit poros nisi humidorum et mollium; 10 ergo etc. Item, calidum cum coagulavit corpus educendo humidum superfluum etiam relinquit tantum continuans, et adveniens frigidum pellit humidum interius et discontinuatur corpus; ergo patet via humido ingredienti. Contra etiam illud quod dicit, quod solum corpora quae coagulata sunt ab utroque sunt insolubilia: later non 15 est solubilis, tamen non coagulatur ab utroque.

Quaestio 96a.

Utrum corpora multum aerea sint coagulabilia a frigido.

Consequenter quaeritur utrum corpora multum aerea sint coagulabilia <a frigido>.

Videtur quod sic,

1. Quia illud quod potest aerem convertere in aquam potest 20 coagulare talia corpora; frigidum est hujusmodi; ergo etc.

<Quaestio 97a>.

< Utrum vivum argentum sit coagulabile a calido >.

Item dicit quod hydrargyron, id est argentum vivum, non coagulatur a calido.

Contra, cum sulphure bullitum coagulat ipsum alchymista. 25

Item, in igne de lignis corilibus videtur quod argentum dimitteret suum siccum fluido. Experimentum est; corilus enim est arbor multum calida in tantum quod exsiccati facit vineas quibus vitinatur

5 tantum] tamen R. 7-8 condensationem] *in marg. corr. ex constrictionem* R.
 12 tantum] tamen R. 15 insolubilia] solubilia R. 23 hydrargyron] ydragitas R.
 25 sulphure] sulfure R. bullitum] bulitum R. coagulat] *cor. ex coagulatur* R.

14-15 Arist. Meteor. IV (c.7, 384b 6-7). 23-24 Ibid. (c.8, 385b 1-5).

25 Cf. Avicennam, De congelatione et conglutinatione lapidum (ed. Holmyard & Mandeville p. 52-3).

25-30 Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 3, 2 (ed. Jammy II, 189a).

sugens earum nutrimentum, et est multum sicca corilus; ideo est
30 bonum nutrimentum ignis.

Quaestio 95b.

Ad primum dicendum quod concedimus quaedam insolubilia quae
non coagulantur ab utroque, et hoc non est contra literam. Crystal-
lus enim a frigido coagulatur et est insolubilis, nec inchoatur a calido
sua coagulatio. Et item later est insolubilis per humidum, cum poros
35 habeat multum strictos. Et sciendum quod cum later tantum est
coctus quod remanet tantum humidum continuans, si ponatur in
loco multum frigido rumpitur in partibus exterioribus et hoc est quia
siccum et humidum sunt tunc aequalia, et frigidum condensat humi-
dum et non siccum. Humido condensato necessario minuitur in
40 quantitate; ideo partes lateris discontinuantur et rumpuntur. Per
viam eandem contingit in chalybe liquefacto posito in aqua valde fri-
gida; induratur maxime quia, quanto major est condensatio humidi
chalybis, tanto magis convertitur suo sicco comprimendo. Et si
minor sit condensatio, vincit siccum et remollit ipsum.

Quaestio 96b.

45 Ad aliud dicendum quod illa quae sunt aeris magis non coagu-
lantur a frigido, sicut oleum etc.

1. Ad argumentum dicendum quod aerea cum coagulantur a fri-
gido, non manent, immo fiunt aquae species, et hoc non est coagu-
lare aerea, sed aquea.

Quaestio 97b.

50 Ad aliam quaestionem dicendum quod vivum argentum non coa-
gulatur a calido quia vivum argentum consistit in tali et tanta propor-
tione humidi ad siccum et humidi subtilis ad siccum bene commix-
tum. Et est tenacitas in partibus, et vincit ibi siccum humidum red-

alchymista] archimista R. 27 corilus] coribis R. 29 sugens] siggens R. 35
quod] s.l. R. 41 chalybe] calibe R. 43 chalybis] calibis R. 48 fiunt] fuit R.

58-61 Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 3, 2 (ed. Jammy II, 189a). Avicenna,
De congelatione et conglutinatione lapidum (ed. Holmyard & Mandeville p. 52).

dendo partium difficultatem ad separandum. Ideo vivum argentum non remollit corpora quae tangit. Et humidum etiam vincit siccum 55 quia facit ipsum effluere. Ideo movetur inter alia corpora. Ideo dicitur vivum propter motum. Modo concedo tua argumenta; sed transmutabitur species vivi argenti. Et sciendum quod omnia metalla sunt ex sulphure et vivo argento. Et sciendum quod siccum quod remanet in coagulatione vivi argenti non est vivum argentum, sed quaedam 60 species lateris.

Quaestio 98.

Utrum frigus circumstans possit claudere poros alicujus corporis.

Consequenter quaeritur utrum frigus circumstans potest claudere poros alicujus corporis.

Et videtur quod non:

1. Cujus est movere localiter, ejus [non] est poros claudere|| quia **f96rb** ubi est porus ibi est corpus discontinuatum, et si clauditur, motus 5 localis fit; sed frigus non movet localiter per se; ergo etc.

2. Item, cujus est in corpore porum generare, ejus non est porum in corpore claudere; sed frigidi est poros generare. Quod patet: si corpus quod habet tantum humidum continuans ponitur in loco valde frigido, condensatur humidum; ergo superficies discontinu-10 atur et generantur pori.

Contra est commune dictum. Et arguitur: calidum et frigidum opponuntur, et claudere porum et non claudere; sed calidum non claudit poros, immo aperit; ergo frigus claudit.

Ad hoc est dicendum quod in humido simplici non claudit frigi-15 dum poros quia tale corpus non habet poros; pori enim terreorum sunt, ut dictum est in litera. Et item poros durorum corporum non claudit frigidum quia nimis sicca et dura sunt propter partes terreas interceptas, adustas et duras. Si vero sunt corpora in quibus est humidum continuans tantum, frigidum non claudit poros hujus cor- 20 poris, sed, si fit intensum valde, auget poros et incinerat corpus in

1 potest] *in marg.* R. **20** continuans] corpora *add. et ex.* R. **21** auget] *corr. ex*

superficie. Ita frigus fugat humidum, et immediatus motus frigidi est condensando, et hoc <modo> mediate localiter movet et adunat calidum et intendit per hoc calidum, quia fortius est calidum unitum
 25 seipso disperso. Immo vineae comburuntur in frigoribus et flores incinerantur per viam istam. Et sciendum quod corpora mollia in se habentia multam humiditatem, sicut est caro, per frigus circumstans condensantur et in eis clauduntur pori. Sed quomodo? Accipiatur corpus cujus humidum sit bene commixtum sicco et sit humidum
 30 bene condensabile: tale debet esse corpus cujus clauduntur pori. Ratio primi est quia, si non esset bona commixtio humidi cum sicco, humidum per se condensaretur et dimitteret siccum et non haberet vias. Ratio secundi est quia, si humidum sit aereum non condensatur. Accipiatur ergo lutum bene commixtum sphaericum, et circum-
 35 stet frigidum. Condensabitur. Et post condensationem in toto signetur quaelibet pars: inter quaelibet duo puncta est minus spatium quam prius signes ante condensationem puncta duo in poro, quia porus est quantus, cum sit receptaculum corporis. Si frigus tantum comprimat quod illud claudatur ita quod non signetur ibi nisi punc-
 40 tum, tunc occupat minorem locum quam prius.

1. Ad argumentum dicendum quod frigidum non movet localiter immediate, sed mediate bene movet localiter.

2. Ad aliud dicendum quod verum est quod frigidum ubi generat poros non claudit in illa eadem parte; alibi tamen bene potest.

Quaestio 99.

Utrum calidum faciat poros in corporibus.

Consequenter quaeritur utrum calidum faciat poros in corporibus.

Et videtur quod non,

1. Quia illud quod rarefacit magis claudit poros, quam faciat, quia extendit corpus in partes porosas; sed calidum rarefacit corpora; ergo
 5 etc.

2. Item, quod corpus non discontinuat porum non generat; sed calidum non discontinuat corpora; ergo etc., quia calidum agens in aquam ipsam non discontinuat.

Contra, cujus est humidum corporis educere ejus est porum facere per quem humidum expiravit; sed calidum educit humidum; ergo¹⁰ etc.

Ad hoc est dicendum quod calidum aperit poros in corporibus, sicut docet argumentum ad oppositum. Tetigit enim viam. Humor^{¶ 96va} enim qui est in interioribus, cum sit corpus ad hoc quod egrediatur, necessario facit porum in corpore ex quo educitur. Sed quia corpus a¹⁵ quo <educitur> fluidum est, ideo, cum generatur via per eductionem vaporis, recluditur per fluxum alterius partis ibi. Unde corpus in quo generantur pori debet habere siccum multum.

1. Ad argumentum dicendum quod cujus est rarefacere corpus, ejus non est porum generare secundum quod rarefacit. 20
2. Ad aliud dicendum quod calidum per se non discontinuat corpus, sed quia educit humidum de corpore et corpus non est fluidum, quia si esset fluidum reconciliarentur partes. Ideo necessario calidum poros generat non per se, sed accidit sibi.

Quaestio 100a.

Quae sint corpora mollificabilia.

Tunc quaeritur de corporibus mollibus. Et quaeritur quae sint mollificabilia.

Quaestio 101a.

Utrum mollificabilia sint terrae magis.

Secundo quaeritur utrum mollificabilia sint terrae magis.

Videtur quod non,

1. Quia quae in se habent causam duritiei non sunt mollificabilia; ⁵ sed terrae magis sunt hujusmodi; ergo etc.
2. Item, molle est humidi; ergo magis mollificabilia sunt humidi magis; talia non sunt terrae magis; ergo etc.

In contrarium est litera.

²⁰ rarefacit] *corr. ex facit R.*

⁹ Arist. Meteor. IV (c.9, 385b 6-8).

Quaestio 100b.

- 10 Ad primum dicendum quod omnia corpora quae per solutionem
humidi proprii magis redduntur oboedientia tactui quam prius, talia
sunt mollificabilia, ut cera <et> ferrum; plumbum non cognoscitur
bene ad sensum utrum prius mollificetur quam defluat. Corpora ergo
non habentia humidum non mollificantur, ut later. Item, corpus
15 quod non habet humidum educibile non <est> mollificabile, ut cry-
stallus. Aliud est corpus quod habet humorem solubilem, sed statim
educitur, ideo non remollit suum siccum. Ista tria genera corporum
non sunt mollificabilia.

Quaestio 101b.

- 20 Ad secundam quaestionem dicendum quod terrae magis corpora
sunt mollificabilia. Ferrum est terrae magis, est et cornu. Sed aquae
magis non mollificantur, ut glacies.

1. Ad argumentum dicendum quod via est falsa; nam in habente
causam duritiei potest opposita causa induci, immo effectus per agens
25 aliud, quia corpus mollificabile non tantum habet in se siccum, sed
cum hoc habet etiam humidum.

2. Ad secundum quod molle est humidi; non tamen humidi magis;
ideo non sequitur quod arguis. Quae sunt terrae magis, tantum sunt
humidi, nec humidi magis; nec oportet.

*Quaestio 102.**Utrum mollificatio fiat a solo calido.*

Tunc quaeritur utrum mollificatio fiat a solo calido.

Videtur quod non,

1. Quia fit ab humido, ut patet in pane combusto posito in aqua.
2. Item, calidum humorem corporis educit; ergo etc.

- 5 In oppositum est litera.

11 tactui] *corr.* ex tactus R. 20 quaestionem] conclusionem R. 24 duritiei] *corr.*
ex induritiei R. 28 tantum] tamen R.

5 Arist. Meteor. IV (c.9, 385b 11).

Ad hoc est dicendum quod mollificatio fit a calido per se, non ex alia causa, quia ex solutione humidi est mollificatio, et illud humidum solutum remollit siccum. Et humidum non solvitur per frigidum nec per humidum. Ideo panis combustus positus in aqua madefit, quia per ingressum humoris alieni et non per solutionem humidi pro- 10 prii. Et haec est mollificatio et per hoc solvitur ratio.

2. Ad aliud dicendum quod cuius est educere humidum corporis non est mollificare corpus, concedo. Calidum est huiusmodi: verum est in quibusdam et ea non mollificat. Alia tamen mollificat, ut aurum, cuius humidum non educit. 15

Quaestio 103.

Utrum ligna sint mollificabilia.

Tunc quaeritur utrum ligna sint mollificabilia.

1. Videtur quod non per Aristotelem prius.
2. Item, quaecumque calidum patiuntur <et> humor eorum educitur, non mollificantur, sed indurantur; ligna sunt huiusmodi; ergo etc. 5

In contrarium est litera.

Dicendum quod lignorum quoddam est valde] antiquum, habens **f96vb** siccitatem et poros, et istud est madefactibile per humidum alienum et non mollificabile. Aliud est lignum multum humidum, sed de facili educitur suum humidum a calido; ideo non est mollificabile; et 10 de istis dixit superius quod non mollificantur. Aliud est lignum habens <humidum> bene commixtum suo sicco, ut ligna viridia quae, cum creverunt curva et rectificantur, per solutionem sui humidi mollificantur; et si ponantur in frigido vehementi et sicco statim cum mollificantur magis durat sua directio. 15

1.2. Et per jam dicta solvuntur argumenta.

7 antiquum] anticum R. **14** mollificantur] mollificando R.

2 Arist. Meteor. IV (c.7, 384b 15-6).

6 Arist. Meteor. IV (c.9, 385b 10-12).

10-11 Arist. Meteor. IV (c.7, 384b 15-16).

*Quaestio 104a.**Quae sint madefactibilia.*

Consequenter quaeritur de madefactibilibus, et quaeritur quae sunt madefactibilia.

*Quaestio 105a.**Utrum lana sit madefactibilis.*

Et quaeritur utrum lana sit madefactibilis, et non aes.

Videtur quod lana non est madefactibilis:

- 5 1. Aut enim humidum attingeret eam in qualibet parte et sic discontinuaretur, aut in superficie tantum et non in profundo, et sic non madefit.

*Quaestio 106a.**<Utrum argentum madefiat>.*

<***>

- 10 Item, corpora quae habent poros per quos humor ingredi potest ab extra, madefactibilia sunt; argentum et aes sunt huiusmodi; ergo etc. Minor patet quia falsarii reponunt argentum in terra in locis frigidis et redditur majoris ponderis.

*Quaestio 107a.**Utrum sal sit madefactibile.*

Tunc quaeritur utrum sal est madefactibile.

Videtur quod sic:

- 15 1. Madefactio est transmutatio sicci in humidum; sal habet tale humidum madefactibile; ergo et siccum.
2. Item, sales habent poros undique; ergo etc.
In contrarium est litera.

Quaestio 104b.

Ad primum dicendum quod omnia corpora habentia poros susceptibiles humidi alieni; sive per hoc mollificentur sive non, dum tamen

9 humor] *corr. ex homo R.* 16 et] *cetera add. R.*

11-12 Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 3, 4 (ed. Jammy II, 190b).

17 Arist. Meteor. IV (c.9, 385b 15-6).

non discontinuentur per tale humidum, ista sunt madefactibilia, ita quod possint humidum recipere usque in suum profundum.

Quaestio 105b.

Ad secundam quaestionem dicendum quod, licet humidum attingit lanam in omni parte, tamen non discontinuat.

Quaestio 106b.

Ad aliam quaestionem dicendum quod argentum non madefit nisi²⁵ in magno tempore, et hic loquitur de madefactibilibus cito. Sed argentum habens poros valde subtiles, humorem subtilem recipit, non aqueum grossum; et condensatur ille vapor per frigidum in argento, et intrat alius, et simul ingrossatur et redditur argentum ponderosius. 30

Quaestio 107b.

Ad aliam quaestionem dicendum quod sal et nitrum non sunt corpora madefactibilia propter hoc quod sal apud susceptionem humidi discontinuatur, et non manet quod erat. Ista tamen est conditio madefactibilium; ideo etc.

Et per hoc solvitur ratio. 35

Quaestio 108

Utrum ad combustionem sint necessarii pori in corpore.

Consequenter quaeritur de ustibilibus, et primo utrum ad hoc quod corpus sit combustibile sint necessarii pori in corpore.

Et videtur quod non:

1. Corpus continuum non habet poros, tamen est combustibile. Major patet; nam porus est corporis discontinuatio. 5

2. Item, illud quod nec confert ad combustionem ut activum nec ut passivum, non exigitur ad ipsam; sed porus est huiusmodi; ergo etc.

3. Item, si porus necessarius esset ad hoc ut combustibile esset

26 madefactibilibus] mollificabilibus R.

26-40 Cf. Albertum Magnum, Meteor. IV, 3, 4 (ed. Jammy II, 190b).

10 aliquid, maxime porosa maxime essent combustibilia; hoc est falsum, ut patet in latere, ubi sunt multi pori.

In contrarium est litera de plano.

Ad hoc est dicendum quod si per porum intelligatur vacuitas et
f97ra discontinuatio in corpore, talis porus ad hoc ut corpus sit combusti-
 15 bile non exigitur. Si intelligatur porus aliqua pars passibilior in corpore ab igne, talis porus ad combustionem exigitur. Unde viae per quas concurret in plantis ad ramos alimentum sunt passibiliores ab igne quam aliae. Nam humidum ibi existens passibile et vincibile de facili est ab igne. Et sciendum quod quaedam sunt corpora com-
 20 bustibilia praeter quod flammam praebeant, ut corpora quae, manentia in sua specie, in qualibet parte sui possunt igniri; quia si praeberent flammam, educeret humidum nutrimentum flammae et ideo flamma destrueret cito talem speciem. Et ista corpora sic ignita in qualibet parte praeter flammam in humido parum consumuntur, ut
 25 ferrum. Alia sunt corpora flammabilia, sicut quae habent humidum [non] bene commixtum cum suo sicco, et educitur humidum cum sicco. Et quaedam sunt talium inflammabilia de se sicca multum, ut ligna, quae <dam> per aliud sunt <sicca, per se> humida tamen, sicut oleum et cera non ardens super lichino.

30 1. Ad primum patet solutio exponendo porum, sicut dictum fuit, pro parte passibili; ideo ligna posita in oblongo citius comburuntur, quia flamma decurrit per venas passibiles et poros, quam si ponantur ex transverso.

2. Per hoc idem solvitur ratio.

35 3. Ad aliud dicendum quod peccat ab insufficienti, quia non tantum exigitur porus in combustibili, sed cum hoc humidum subtile passibile ab igne; ideo removentur per hoc ligna viridia et glacies quae non comburuntur, sicut dicit Aristoteles in litera. Positio enim unius causae non sufficit ad effectum qui exigit multas causas.

29 lichino] licino R.

12 Arist. Meteor. IV (c.9, 387a 19-21).

13-16 Cf. Boethium Dacum, Quaest. De gener. et cor. I qu. 46 (CPhD V, 1 p. 87).

38 Arist. Meteor. IV (c.9, 387a 21-2).

*Quaestio 109.**Utrum humidum ad ustionem exigatur in corpore.*

Tunc quaeritur utrum humidum ad ustionem exigatur in corpore.

Videtur quod non,

1. Quia extinguit ignem ipsum humidum; nam humidum frigidum extinguit calidum siccum; ***

2. *** Nam, humido educto, corpus redditur magis combustibile, 5 ut patet in lignis siccis; ergo etc.

In contrarium est litera.

Item, si humidum non exigatur ad hoc ut combustibile sit corpus, illud quod est privatum penitus humido esset combustibile, quod est falsum, ut patet in cinere. 10

Ad hoc dico quod humidum exigatur ad hoc ut corpus sit combustibile, quia aliter siccum purum esset combustibile, quod est falsum quia lignum comburitur per educationem humidi, et fit carbo. Et per ulteriorem educationem humidi fit cinis qui non amplius comburitur. Et sciendum quod non purum humidum frigidum aqueum exigatur 15 ad combustionem, immo aereum et subtile. Ideo aerea multum combustibilia sunt, sicut ligna sicca. Ideo aqua non praebet flammam.

1. Ad argumentum patet solutio. Verum enim est quod humidum quod extinguit ignem non valet ad combustionem. 20

2. Ad secundum argumentum per idem patet solutio, quia educto humido aqueo frigido redduntur corpora combustibilia magis, et non est sic de humido aereo.

Rationes in oppositum concedo.

*Quaestio 110a.**Utrum siccum exigatur in corpore ut sit combustibile.*

. Tunc quaeritur utrum siccum exigatur in corpore ut sit combustibile.

1 ad ustionem] adustum R. 9 privatum] privatur R. 16 et] s.l.R. 17 aqua] corr. ex q. R. 22 aqueo] corr. ex aque R.

7 Arist. Meteor. IV (c.9, 387a 19-21).

Et videtur quod sic, quia aliter humidum solum esset combustibile.

f97rb 1. Contra, si siccum ad hoc exigitur, ergo maxime sicca sunt combustibilia, ut lapis; quod est falsum.

Quaestio 111a.

Utrum ferrum sit ustibile.

Tunc quaeritur utrum ferrum sit ustibile.

Videtur quod non:

1. Quia plumbum non est ustibile; ergo a simili nec ferrum.
- 10 2. Item, ab igne consumuntur combustibilia, ut patet in ligno quod discontinuatur usque ad cineres per ignem; ferrum autem ab igne non consumitur, ut videtur; ergo etc.

Contra, omne corpus permanens in sua specie potest inflammari, vel est combustibile; sed ferrum est combustibile, aliter aqua simplex
15 bene posset comburi. Hoc tamen est inconveniens.

Quaestio 110b.

1. *** peccat ab insufficienti; nam humidum cum sicco talem habens proportionem exigitur ad ustionem.

Quaestio 111b.

Ad aliam quaestionem dicendum <quod> secundum quosdam
20 [quod] ferrum non est combustibile quia non consumitur ab igne. Et ipsi non dicunt veritatem, immo potest consumi ferrum per ignem. Bene tamen concedendum est quod ferrum non flammat nisi multum sit ibi de scoria. Tunc flammat, et multum durat et parum consumitur.

25 1. Ad argumentum dicendum quod non est simile de ferro et plumbo quia ferrum est difficilioris liquationis quam plumbum. Ferrum mollitur ante liquationem, plumbum non. Item, ferrum plus habet de sicco terrestri, sicut patet ex pluri ejus scoria; ideo non valuit argumentum.

2. Ad aliud dicendum quod corpora combustibilia consumi pos-
sunt ab igne, et ideo concedo de ferro quia, quando ferrum multoti-
ens ignitur tanto magis rubescit propter fortem assationem et edu-
ctionem humidi. Sic est etiam de latere.

Quaestio 112a.

Utrum vapor humectet corpora.

Tunc quaeritur utrum vapor humectat corpora.

Videtur quod sic,

1. Quia in se habet partem humiditatis, quia omnis vapor <est>
duo vapores, scilicet siccus et humidus, et humidi est humectare;
ergo etc. 5

2. Item, illud corpus potest humectare ex quo fiunt humidae im-
pressiones; vapor est hujusmodi; ergo etc.

Contrarium dicit litera. Et arguitur ratione: omne quod corpora
colorat, corpora non humectat; sed vapor colorat corpora; ergo etc.
Major patet; nam humidum sine sicco non colorat. 10

Item, corpus valde siccum non humectat corpora; vapor est hujus-
modi; nam vapor fuliginem relinquit in partibus; ergo etc.

Quaestio 113a.

Utrum oleum sit vaporativum.

Tunc quaeritur utrum oleum sit vaporativum. 15

Videtur quod non,

1. Quia illud non est evaporativum ex quo esteductio humidi sub-
tilis; sed ex oleo esteductio humidi subtilis; ergo etc.

In contrarium est litera. Et arguitur: omne corpus est evaporati-
vum ex quo cum parte humiditatis educatur pars siccitatis; sed ex 20
oleo fit taliseductio; ergo etc.

12 fuliginem] fulligonem R. **15** vaporativum] vaporatum R. **17** evaporati-
vum] evaporatum R. **22-23** exhalatione] exalatione R. **25** exhalant] exalant R.

8 Arist. Meteor. IV (c.9, 387a 30-2).

19 Ibid. (c.9, 387b 7-8).

Quaestio 112b.

Ad primam quaestionem dicendum: si vapor accipiatur pro exhalatione, humectat corpora. Vapor tamen proprie sumptus plus habet sicci quam humidi; ideo colorat et non humectat. Ideo ligna viridia
 25 in principio non evaporant sed exhalant. Ideo nec talia ligna in principio educunt vaporem tingentem, immo exhalatio superius in domo comprimitur et in guttis cadit. Vapor vero siccus denigrat corpora quia adhaeret per illud humidi quod habet, et <habet> denigrare per suum siccum adustum, quia magis est ibi de sicco quam de
 30 humido. Ideo non humectat.

1. Ad primum argumentum patet solutio per jam dicta.

2. Ad secundum dicendum quod vapor ex quo humidae impressiones generantur est exhalatio potius et aqueitatem multam habet. Vapor tamen siccus est materia impressionum siccarum inflammata-
 35 tarum.

Quaestio 113b.

Ad aliam quaestionem dicendum quod oleum est evaporativum et
 f97va non exhalativum. Sciendum tamen quod est quoddam oleum|| habens in partibus superioribus humidum multum aquosum debiliter admixtum partibus aliis; et tale oleum est exhalativum quantum
 40 durat illud humidum, et de isto loquebatur Aristoteles prius, quod redditur pingue post eductionem talis humidi. Et redditur tunc vaporativum oleum cum non habet humidum aquosum.

1. Et per hoc solvitur argumentum.

*Quaestio 114.**Utrum vinum pingue inebriet.*

Consequenter quaeritur utrum vinum pingue inebriet, quia vult litera quod non.

26 exhalatio] exalatio R. 33 exhalatio] exalatio R. 37 exhalativum] exalativum R. 39 admixtum] amixtum R. 41-42 vaporativum] vaporatum R.

40-41 Ibid. (c.7, 383b 23-4).

1-2 Arist. Meteor. IV (c.9, 387b 9-12).

Et videtur quod immo,

1. Quia illud quod maxime potest implere poros et meatus in cerebro, illud est maxime inebrians; sed vinum pingue est huiusmodi 5 secundum Isaac in dietis universalibus; ergo etc.

2. Item, illud inebriat ex quo generatio est spirituum grossorum; vinum pingue est huiusmodi; ergo <etc>.

3. Item, magis evaporativum magis inebriat; vinum pingue est huiusmodi, cum sit pabulum flammae; ergo etc. 10

In contrarium est litera. Et arguitur: vinum minime inebriat ex quo fit minima resolutio ad cerebrum; vinum viscosum est huiusmodi; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quod vinum pingue non inebriat et <prima causa est> propter viscositatem vini pinguis quae significatur per 15 hoc quod est tractivum per fila et multas adhaerentias. Secunda causa est pauca caliditas. Tertia multum pondus. De primo manifestum est quod non de facili evaporant viscosa. Secundum patet: pingue generatur ex hoc quod aereum in aqueum condensatur, et ab aqueo in terreum, et quanto aliquod corpus magis condensatur in 20 isto ordine, tanto frigidius redditur. Ideo loca vinorum custodiuntur a calido in aestate exteriori ne calor ingrediatur ab extra corrumpens calorem naturalem vini et faciens ipsum expirare et reddatur per consequens vinum pingue. Tertium patet: ponderosum enim est magis vinum per compressionem. Et sciendum quod calidum corpus 25 de facili evaporat quam non calidum.

1. Ad primum argumentum dicendum quod vinum pingue multum replet, tamen parum de vino pingui evaporat ad cerebrum. Et si ibi multum veniret de eo, oppilaret propter suam grossitiem.

2. Ad aliud per idem solvitur. 30

9 evaporativum] evaporatum R. **16** multas adhaerentias] multe adherentie R.
28 parum] parvum R. **29** oppilaret] opillaret R.

4-6 Cf. Isaac, De dietis particularibus (Paduae, per magistrum Matthaëum Cerdonis de Windischgretz, 1487, f. 55r).

11 Arist. Meteor. IV (c.9, 387b 9-12).

27-28 Cf. supra ad lin. 4-6.

*Quaestio 115.**Utrum omnia mixta sint inflammabilia.*

Tunc quaeritur utrum omnia mixta sint inflammabilia.

Et videtur quod sic,

1. Quia omnia mixta sunt evaporabilia et flamma est vapor combustus; ergo etc.
- 5 2. Item, minus videtur quod liquida mixta sint inflammabilia, ut oleum, propter humidum quod extinguit flammam, quam corpora sicca mixta et coagulata; sed liquida inflammantur; ergo etc.

In contrarium est litera dicens quod quaedam corpora non praebent flammam.

- 10 Item, omne corpus quod humidum non habet aut quod habet humidum non separabile a toto aut quod habet humidum separabile sine sicco, omne tale non est inflammabile; multa sunt hujusmodi; ergo non omnia mixta sunt inflammabilia. Minor patet in latere, in auro et <in> multum viridi ligno.
- 15 Ad hoc est dicendum quod non omnia corpora mixta sunt inflammabilia, et argumentum quod fuit factum ad hoc bene tangit causam.

1. Ad primum contra hoc dico quod corpora vaporant. Quaedam tamen non sufficienter emittunt de vapore ad intendendum flammam.

2. Ad aliud dicendum quod magis videtur quod liquida aerea inflammantur quam sicca. Tu vero bene argueres si esset humidum aquosum.

*Quaestio 116.**Utrum flamma a principio combustionis usque in fine in candela sit una.*

Tunc quaeritur utrum flamma a principio combustionis usque in fine in candela sit una.

- 5 Videtur quod sic, quia continuum, in quantum tale, est unum; sic est de ista flamma; ergo etc.

Item, omne non numeratum est unum||; ista flamma est hujus- f97vb
modi; ergo etc.

Contra:

1. Forma diversificatur propter divisibilitatem materiae et subjecti;
et non est eadem pars vaporis educti aerea in principio et in medio et 10
in fine; ergo nec flamma.

2. Item, ignis non potest naturaliter descendere; in candela est
flamma inferior in fine quam in principio; ergo est alia a prima.

Ad hoc est dicendum quod lumen candela a principio usque in
finem continuum est quia actio ignis comburentis est continua, et 15
ascensus vaporis et fumi est continuus; ergo et flamma. Tamen scien-
dum quod alia pars fumi nutrit aliam partem flammae et sicut pars a
parte fumi differt, sic pars flammae a parte flammae. Totus tamen
fumus est continuus et ideo tota flamma continua.

1. Ad argumentum dicendum quod per dicta patet solutio; nam 20
non est alius fumus in principio et medio et fine, loquendo de toto.

2. Ad aliud dicendum est quod ista pars flammae non est eadem in
numero cum priore et posteriore; tamen tota flamma est continue
sucedens, unde ista continuitas est sicut temporis.

Quaestio 117.

Utrum aes sit inflammabile.

Tunc quaeritur utrum aes sit inflammabile.

Et videtur quod sic,

1. Quia flammam praebet, sicut patet in antiquis patellis; ergo etc.

2. Item, aes habet in se corpus valde de facili inflammabile, scilicet
sulphur; ergo etc. 5

In contrarium est litera. Et arguitur: illud non est inflammabile
quod habet in se multum humidi frigidi aquei; aes est hujusmodi;
ergo etc.

9 divisibilitatem] diversitatem R. 17 sicut] sic R.

5 sulphur] sulfuri R.

6 Arist. Meteor. IV (c.9, 387b 24-5).

Item, cujus humidum multi ponderis est et non potest de levi
10 educi a corpore, hoc non est inflammabile; aes est hujusmodi; ergo
etc.

Ad hoc est dicendum quod aes non est inflammabile quia habet
multum humidum aqueum flammae extinctivum, et est ponderosum.

1. Ad argumentum dicendum quod patella antiqua in ea apparet
15 flamma propter pinguedinem ei imbibitam et adhaerentem ex corpo-
ribus pinguibus, sicut etiam est in quibusdam craticulis.

2. Ad hoc est dicendum: quod habet corpus valde inflammabile, si
non habeat contrarians tali corpori, est valde inflammabile; licet ergo
sulphur sit in aere, est tamen ibi humidum aqueum multum.

Quaestio 118.

Utrum omne inflammabile faciat carbones.

Tunc quaeritur utrum omne inflammabile faciat carbones.

Et videtur quod sic:

1. Quia omnia corpora quae sunt plus terrae quam aquae faciunt
carbones; omne inflammabile est hujusmodi; ergo etc.

5 In contrarium est litera. Et arguitur: corpus cujus totum siccum
educitur cum humido non est inflammabile relinquens carbonem;
multa sunt talia corpora, sicut oleum, pix et cera; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quod non omnia inflammabilia ex se faciunt
carbones. Nam corpus cujus totum siccum et humidum simul edu-
10 cuntur non praebet carbones. Et sciendum quod nullum corpus
valde humidum inflammatur nisi liquefiat, et non inflamman-
tur talia nisi eis addatur siccum alienum, ut patet in oleo et cera. Talia non
relinquunt carbones. Paleae vero relinquunt medium inter cinerem
et carbonem. Et sciendum quod carbo est illud quod potest igniri et
15 non praebet flammam; unde carbo est finis totius inflammationis.

13 extinctivum] extinctum R. **15** ei] eis R. **19** sulphur] sulfur R.

12 siccum] humidum R.

5 Arist. Meteor. IV (c.9, 387b 18-9).

1. Ad argumentum dicendum quod est quoddam corpus inflammabile, et tale est plus terrae et facit carbonem. Alia sunt inflammabilia, sed per siccum additum, ut oleum, et talia non relinquunt carbones.

Quaestio 119.

Utrum terra pura possit fieri lapis.

Consequenter quaeritur circa illam partem « terra pura lapis non fit ».

Et quaeritur primo utrum terra pura possit fieri lapis.

Et videtur quod sic:

1. Quod in se || habet illud quod est in potentia ad omnem formam, **f105ra ms. 560** ex eo potest lapis generari; terra pura est huiusmodi; ergo etc.

2. Item, aqua potest esse principium materiale lapidis; ergo a simili terra.

3. Item, corpora mixta continua sunt, terra non; ideo lapis non fit a terra pura. Probo quod terra possit esse continua sine humido et 10 sic causa praedicta non valet. Et arguitur sic: illud quod ex natura sua corpus est continuum est; continuitas enim est de natura corporis; terra est corpus; ergo etc. Tu dices: partes parvae terrae continuae sunt in se, non enim multum de terra; lapis non fit ex paucis. Sed hoc nihil est; nam eadem ratione magna pars sicut parva. 15

Ad hoc est dicendum quod terra pura non potest fieri lapis. Et ratio hujus est quia lapis est corpus mixtum et quia in mixto non est aliquid terrae continuum nisi cum humido, sicut docet Aristoteles 2° De generatione et in isto libro et apparet ad sensum in putrefactione quae terminatur ad cineres. Et si tu dicas quod tu vis quod alteratur 20 ad omnem qualitatem, tunc non est simplex corpus sed mixtum. Terra enim dura non est nec alba.

1. Ad primum argumentum dicendum quod ex eo quod potest esse sub omni forma, ex eo potest fieri lapis, dicendum quod verum est

5 Quod] quia R. se] *In fine ms. 549 f.97vb legitur* Hic deficit finis Quaestionum super IVm Meteororum, cf. *praefationis* paginam vii.

1 Avicenna, De congelatione et conglutinatione lapidum. Appendix ad Meteor. IV (ed. Holmyard & Mandeville, p. 54).

18-9 Arist. De gener. et cor. II (c.8, 335a 1-3). Meteor. IV (c.4, 381b 24 – 382a 5).

25 ratione materiae. Unde ex materia terrae, si transmutatio conveni-
enter fiet, <fiet> lapis. Sed non fit lapis ex terra secundum quod
hujusmodi.

2. Ad aliud dicendum quod ex aqua pura non fit lapis; non enim
potest coagulari aqua pura.

30 3. Ad tertium argumentum dicendum quod verum concludit argu-
mentum, sed loquendum est de terra secundum quod distinguitur in
specie contra alia elementa, et sic est corpus in se continuum; aut
secundum quod est principium materiale mixtorum, et sic non conti-
nuatur sine humido.

Quaestio 120.

Utrum in aliquo lapide possit esse aqua a dominio.

Tunc quaeritur utrum in aliquo lapide possit esse aqua a dominio.
Videtur quod non,

1. Quia lapis est terrae species; in tali autem non potest esse aqua
a dominio; ergo etc.

5 2. Item, quod coagulatur a calido non est aqua a dominio; sed
lapides sunt hujusmodi; ergo etc.

3. Item, corpus fluidum non potest esse a dominio in corporibus
duris et coagulatis; ergo aqua non est a dominio in lapidibus.

In contrarium est litera.

10 Item, omne corpus liquabile est aquae a dominio; sed lapis pyri-
machos liquatur ita ut stillet; ergo etc.

Ad hoc est dicendum quod in aliquo lapide potest esse aqua a
dominio, sicut in carbunculo, quia transparens corpus est et luci-
dum, et crystallo. Terra vero non est corpus perspicuum cum faciat
15 umbram. Alia sunt corpora quae docentur esse aquea ex sui passione
alia quae est liquatio; unde pyrimachos lapis liquatur ita ut stillet.
Sed sciendum quod talia corpora non coagulantur nisi a frigido, quia

10-11 pyrimachos] pyramicus R. **11** stillet] stellet R. **14** crystallo] cristallus
R. **16** pyrimachos] pyramicus R. ita] s.l. R. **18** coagularentur] coagulentur

30-4 Cf. Boethium Dacum, Quaest. De gener. et cor. II qu. 4 (CPhD V, 1, p. 112).

9 Arist. Meteor. IV (c.10, 389a 7-9).

12-14 Cf. Boethium Dacum, Quaest. Topic. V qu. 3 (CPhD VI, 1, p. 258, 36-37).

si coagularentur a calido non remaneret ibi sufficienter humidum ut stillaret.

1. Ad primum argumentum dicendum quod argumentum debet 20 concludere quod quidam lapides habent terram a dominio, quidam vero non; et non concludit aliter, et hoc concedendum est.

2. ***

3. Ad aliud dicendum quod in corporibus duris ubi est durities per accidens calidi ibi non est aqua a dominio. Sed in corporibus duris 25 per frigidum comprimens, in talibus non est terra a dominio sed aqua.

R. **21** habent] haberent R. **22** concedendum] *corr. ex* dicendum R. **27** *In fine legitur* Explicunt Quaestiones super IVm Meteororum reportatae a magistro Boetio de Dacia.

TABLE DES QUESTIONS

Les chiffres renvoient aux pages

1. Utrum qualitates primae sint causae elementorum	1
2. Utrum calidum sit magis activum quam frigidum	2
3. Utrum humidum et siccum sint qualitates passivae	4
4. Utrum calidum possit exsiccare mixta	5
5. Utrum frigidum habeat virtutem exsiccandi	7
6. Utrum calidum disgreget	8
7. Utrum frigidum congreget	10
8. Utrum humidum sit male terminabile termino proprio	10
9. Utrum Aristoteles hic sufficienter determinet de generatione simplici mixtorum	11
10. Utrum aliqua generatio mixti possit esse innaturalis	12
11. Utrum calidum sit principium agens generationis mixtorum ...	13
12. Utrum frigidum sit principium generationis mixti	15
13. Quid intendat Aristoteles de molynsi et indigestione secundum partem	16
14. Utrum putrefactio sit naturalis corpori mixto	17
15. Utrum omnia mixta veniant tandem ad putrefactionem	18
16. Quomodo differateductio humidi per calidum in generatione et putrefactione	19
17. Utrum combustio sit naturalis	19
18. Utrum aqua possit putrefieri	20
19. Utrum calida corpora sint magis putrefactibilia quam frigida ..	21
20. Utrum corpora sicca sint magis putrefactibilia quam humida ..	22
21. Utrum putrefactio sit a caliditate exteriori	23
22. Utrum calor exterior corrumpat interiorem	24
23. Utrum putrefacta sint magis frigida se non putrefactis	25
24. Utrum frigidum proprium faciat ad putrefactionem	26
25. Utrum putrefacta sint sicciora non putrefactis	28
26. Utrum frigiditas continentis impediatur putrefactionem	29
27. Utrum coagulata magis possint putrefieri quam alia vel minus ..	30
28. Utrum ferventia sint minus putrefactibilia quam alia	31
29. Utrum motus impediatur putrefactionem	32
30. Utrum minus putrefiat citius quam maius	33
31. De moto generandi animalium in putrefactis	34
32. Utrum Aristoteles bene dividat digestionem	35
33. Quaeritur penes quid sumatur numerus digestionum	37

34. Utrum digestio sit completio	37
35. Utrum digestio sit motus	38
36. Utrum digestio sit generatio	38
37. Utrum digestio sit augmentum	39
38. Utrum frigidum possit esse causa digestionis	40
39. Utrum balneum juret digestionem	41
40. Utrum quae sunt signa bonae digestionis sint signa sanitatis ...	42
41. Utrum digesta sint leviora se indigestis	43
42. Utrum digesta sint sicciora se indigestis	44
43. Utrum digesta sint grossiora se indigestis	44
44. Utrum indigestio possit contingere ex superflua caliditate	45
45. Utrum pepansis solum sit in fructiferis	46
46. Utrum per pepansim subtilia convertantur in grossiora	47
47. Utrum omotes sit per calidum paucum	48
48. Utrum humores indigestorum sint subtiliores	49
49. Utrum humores indigestorum sint algidi	50
50. Utrum aqua simplex sit digestibilis	51
51. Utrum epsesis debeat fieri a calido in humido	51
52. Utrum ferventia in oleo et sanguine sint digesta optesi vel epsesi	52
53. Utrum elixata sint sicciora interius	54
54. Utrum assa sint interius humidiora	55
55. Utrum lac possit elixari	56
56. Utrum mixtum possit elixari	56
57. Utrum oleum possit elixari	57
58. Utrum molynsis possit fieri propter multum calorem	58
59. Utrum multus calor naturalis possit causare molynsim	59
60. Utrum passa molynsim sint duriora	60
61. Utrum optesis sit a caliditate aliena	61
62. Utrum elixata possint assari	61
63. Utrum laborantibus convenient assata	63
64. Utrum philosophantibus, scilicet studentibus convenient assata vel elixata	63
65. Utrum assata possint elixari	64
66. Utrum animalia generentur in alvo inferiori vel superiori	65
67. Utrum omnia mixta sint ex humido aqueo et sicco terreo	66
68. Utrum generatio mixti ad aequalitatem sit possibilis	67
69. Utrum mixtum ad aequalitatem sit corruptibile circumscripto omni agente exteriori	69
70. Utrum aliqua pars ignis corrumperetur circumscripto omni extrinseco corruptente	70
71. Utrum aqua possit areferi	71
72. Utrum oleum possit areferi	73
73. Utrum siccum possit arefacere	74
74. Utrum frigidum sit per se causa arefactionis	75
75. Utrum solum calidum humectet	75

76. Utrum aquae species coagulari possint	76
77. Utrum calidum possit coagulare	77
78. Utrum calidum educat humidum de corpore	79
79. Utrum calidum possit corpora coagulare quia educit humidum ..	80
80. Utrum aqua pura possit coagulari a calido	81
81. Utrum corpora humida habentia multam ypostasim in fundo possint coagulari a calido	82
82. Utrum frigidum possint coagulare	83
83. Utrum aqua simplex possit coagulari a frigido	83
84. Utrum ferrum possit liquari a calido	84
85. Utrum calidum possit convertere ferrum in chalybem	86
86. Utrum cornu possit liquari a calido	87
87. Utrum later possit liquari	88
88. Utrum lapis molaris sit solubilis per humidum	88
89. Utrum omne corpus possit impinguari	89
90. Utrum impingutio causetur a calido vel a frigido	90
91. Utrum oleum possit impinguari a calido et a frigido	92
92. Utrum illa quae sunt aquae magis magis conglutinari et coa- gulari possint a calido	93
93. Utrum sint aliqua corpora quae simul coagulantur a calido et frigido	94
94. Utrum in coagulatis ab utroque, scilicet calido et frigido potest incipere astante frigido et postmodum completur a calido coagu- latio	94
95. Utrum coagulata ab utroque sint insolubilia et non alia	94
96. Utrum corpora multum aerea sint coagulabilia a frigido	96
97. Utrum vivum argentum sit coagulabile a calido	96
98. Utrum frigus circumstans possit claudere poros alicuius corporis	98
99. Utrum calidum faciat poros in corporibus	99
100. Quae sint corpora mollificabilia	100
101. Utrum mollificabilia sint terrae magis	100
102. Utrum mollificatio fiat a solo calido	101
103. Utrum ligna sint mollificabilia	102
104. Quae sint madefactibilia	103
105. Utrum lana sit madefactibilis	103
106. Utrum argentum madefiat	103
107. Utrum sal sit madefactibile	103
108. Utrum ad combustionem sint necessarii pori in corpore	104
109. Utrum humidum ad ustionem exigatur in corpore	106
110. Utrum siccum exigatur in corpora ut sit combustibile	106
111. Utrum ferrum sit ustibile	107
112. Utrum vapor humectet corpora	108
113. Utrum oleum sit vaporativum	108
114. Utrum vinum pingue inebriet	109
115. Utrum omnia mixta sint inflammabilia	111

116. Utrum flamma a principio combustionis usque in fine in candela sit una	111
117. Utrum aes sit inflammabile	112
118. Utrum omne inflammabile faciat carbones	113
119. Utrum terra pura possit fieri lapis	114
120. Utrum in aliquo lapide possit esse aqua a dominio	115

TABLE BIBLIOGRAPHIQUE

- Albertus Magnus, Opera, ed. Jammy, Lugduni 1651.
- Alexandre d'Aphrodisie, Commentaire sur les Météores d'Aristote. Traduction de Guillaume de Moerbeke. Ed. A. J. Smet. Corpus Latinum Commentariorum in Aristotelem Graecorum IV, Louvain-Paris 1968.
- Algazel's Metaphysics. A Mediaeval Translation. Ed. J. T. Muckle. Toronto 1933.
- Aristoteles, Opera Omnia, ed. I. Bekker, editio altera Berolinii 1950.
- Aristoteles Latinus IV Analytica Posteriora, ed. L. Minio-Paluello et B. G. Dod, Bruges - Paris 1958.
- Aristoteles Latinus XVII, 2, V De generatione animalium; ed. H. J. Drossaert Lulofs, Bruges - Paris 1966.
- Averroes, Aristotelis Opera cum Averrois Commentariis, Venetiis apud Juntas 1562-1574.
- Averroes, De anima, ed. F. S. Crawford. Corpus Commentariorum Averrois in Aristotelem, Versionum Latinarum VI, 1 Cambridge (Mass.) 1953.
- Avicbrol, Fons Vitae, ed. C. Baeumker, Beiträge zur Geschichte der Philosophie und Theologie des Mittelalters, I 2-4, Münster 1892-1895.
- Avicenna, Canon Medicinæ, Venetiis apud Juntas 1608.
- Avicenna, De congelatione et conglutinatione lapidum, being sections of the Kitab al-Shifa. The Latin and Arabic texts edited with an English Translation of the latter and with critical notes by E. J. Holmyard and D. C. Mandeville, Paris 1927.
- Boethius Dacus, Quaestiones De generatione et corruptione, ed. G. Sajó, Corpus Philosophorum Danicorum Medii Aevi V, 1, Hauniae 1972.
- Boethius Dacus, De somniis, ed. N. G. Green-Pedersen, Corpus Philosophorum Danicorum Medii Aevi VI, 2, Hauniae 1976.
- Jsaac Beimiram, De dietis particularibus, Paduae per Magistrum Matthaicum Cerdonis de Windischgretz 1487.
- Johannitius (Ishaq ben Honein), Liber Hysagoge ad Tegni Galieni, Venetiis per Johannem et Gregorium de Gregoriis 1500.
- A. Dondaine-L. Bataillon, Le Commentaire de Saint Thomas sur les Météores d'Aristote, Archivum Fratrum Praedicatorum 35 (1966) pp. 81-152.
- C. Eubel, Hierarchia Catholica Medii Aevi II, Monasterii 1950.
- D. Gutierrez, De antiquis ordinis Heremitarum Sancti Augustini bibliothecis, Analecta Augustiniana 3 (1954) pp. 164-372.
- L. Minio-Paluello, Henri Aristippe, Guillaume de Moerbeke et les traduc-

- tions latines médiévales des « Météorologiques » et du « De Generatione et Corruptione » en : *Opuscula. The latin Aristotle*, Amsterdam 1972, pp. 57-85.
- E. Narducci, *Catalogus codicum manuscriptorum Bibliothecae Angelicae*, Romae 1893.
- J. Pinborg, *Die Handschrift : Roma Biblioteca Angelica 549 und Boethius de Dacia*, *Classica et Mediaevalia* 28 (1969) pp. 373-393.
- G. Sajó, *Boethius de Dacia und seine philosophische Bedeutung*, *Miscellanea Mediaevalia* 2, Berlin 1963, pp. 454-463.
- F. Van Steenberghen, *Siger de Brabant d'après ses oeuvres inédites I*, Louvain – Paris 1931.

TABLE DES AUTEURS CITÉS

*Les chiffres renvoient aux pages. Un astérisque indique que
le lieu a été ajouté par l'éditeur.*

Albertus Magnus

In Meteorologica

IV*tr. 1 c. 1	9, 27
*tr. 1 c. 3	16
*tr. 1 c. 6	17, 18
*tr. 1 c. 8	27
*tr. 1 c. 11	34
*tr. 1 c. 20	52
*tr. 1 c. 21	54, 55
*tr. 1 c. 25	62, 63, 65
*tr. 1 c. 27	65
*tr. 2 c. 5	8
*tr. 2 c. 8	90, 91
*tr. 2 c. 9	87
*tr. 3 c. 2	96, 97
*tr. 3 c. 4	103, 104

Alexander Aphrodisiensis

In Meteorologica

IV, 1	9
Locus non inventus	27

Algazel

Metaphysica

I*tr. 4	14
tr. 5	14
II*tr. 3	68

Aristoteles

Analytica Posteriora

I*72a 25	84
*73b 12	78

Physica

II 195a 32-b 3	48
III*203a 19-33	14
V 224b 30-35	25
225a 34-b 3	38
230b 1-2	12
VIII 260b 7-10	1

De caelo

I 283a 27-28	71
II 286a 25-26	2

De generatione et corruptione

I*314a 13 sqq	14
318a 27-320a 7	12
318b 3-6	4
318b 16-17	2
319a 11-16	4
II*329b 24-26	4
*330a 12 sqq	11
330a 24-29	5, 6
330a 25-29	74, 75
331a 3-6	72, 73
331a 7-332a 2	11, 12
*334b 8 sqq	15
335a 1-3	114

Meteorologica

I 341b 36-342a 1	27
II 361b 35-362a 7	26
*369a 17-19	27
IV 378b 10	1
*378b 12-13	4
378b 14-18	8

378b 15	11	380b 17	53
378b 21-23	9, 10	*380b 21-22	54
